Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369395-p0001-8

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Qe. 19.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369395-p0002-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369395-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369395-p0004-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369395-p0005-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369395-p0006-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369395-p0007-2

2

JOHANNIS-WILHELMI
RÖVESTRUNCK, J.U.D.

# MEDITATIONES ÆDILITIÆ,

DE

## *JUDICIO EQUESTRI*

*TUM REDHIBITORIO, TUM ÆSTIMATORIO,*

Ad tit. D. de Ædilit. Edicto. & C. de Ædilit. action.



MARPURGI CATTORUM,
*Typis Nicolai Hampelii, Academiæ Typogr.*
cIↄ Iↄ cXXIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369395-p0009-6

*SERENISSIMO POTENTISSI-moq́ȝ Principi ac Domino, Dn.*

GEORGIO-WILHELMO MARCHIONI BRANDEN-BURGENSI, SACRI ROM. IMPERII Archi-Camerario, Principi-Electori, Duci Boruſſiæ, Juliaci, Cliviæ, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiorum & Vandalorum, in Sileſia, Croſniæ & Jagerntorfii, Burggravio Noribergenſi, Principi Rugiæ, Comiti Marchiæ & Ravensbergæ, Domino Ravenſtenii.

ET

*SERENISSIMO, POTENTISSIMOQVE Principi ac Domino, Domino*

WOLFGANGO-WILHELMO, COMITI PALATINO RHENI, BOJARIÆ, JULIACI, Cliviæ & Montium Duci, Comiti in Veldentz, Sponheim, Marck-Ravenſberg & Möers, Domino in Ravenſtein.

Dominis ſuis Clementiſſimis.

PRECLARE *Pythagoras, Sereniſsimi Principes, Domini Clementiſsimi, homines in hunc mundum velut emporium accedere dixit: ex quo alii alias conquirant merces aliisque in ſtudiis verſentur. Optimi autem exiſtimandi qui præclariſſimis exercitationibus incumbunt. Sanè qui ſe literis dediderunt ac ſtudiorum genere animum excoluerunt, ii, ceu Eccleſiæ & Reipublicæ columnæ ac orbis ſydera, cæteris præferendi: tum verò illi multo maximam promerentur gloriam qui ex univerſo literarum complexu illud*

*cum-*

*cumprimis genus complectẽdum propoſuerunt quod omnium conſenſu eminentiſsimum. Ex omnibus autem diſciplinis quæ ad animi cultum inventæ Juriſprudentiam præcipuam exiſtimavi, ut quæ finẽ haberet mirabilem maximè ad utilitatem hominum ſe proferentem: quæ nullo prodeſſe loco deſineret, ejúsve cultoribus authoritatem perpetuúmque nominis ſplendorem conferret: quæ oratores maximos, juſtitiæ ſatellites, judiciorum athletas & gubernatores felices redderet, ut Imp. Iuſtiniani* verbis in §. ſed quia. 5. §. diſcipuli. 6. in procem. digeſt. *loquar. Duo autem ſunt quæ talem efficiunt juris ſacerdo-*

*tem in ſubſelliis legalem: in patrociniis fidelem: in reſponſis cautum. in judiciis juſtum: Conſcientia, inquam, & Scientia. Multis autem modis tum in foro tum in Scholis Iuriſprudentiæ ſacratum eunt alii docendo, alii diſputando, alii commentando: alii patrocinando, alii conſulendo, alii judicando: eoq́ ipſo vel antiquitatis inveſtigationem vel veritatis propugnationem, vel æqui & boni cognitionem: vel juris ad factum adplicationem ejusq́ obtinendi rationem vel proceſſus ordinem ſectantur.*

*Ex variis autem Iuridicinæ capitibus jus Equeſtre Redhibitorium & Æſtimatorium, tra-*

*ctan-*

*ctandum ut ſuſciperem ejus dignitas, jucunditas & cotidiana utilitas calcar mihi addiderunt. Utinam ſuo merito elaborare licuiſſet! Cujus vos ſummos equeſtris S. R. Imperii ordinis principes patronos ac vindices ut eligerem inductus ſum, tum ut eo ipſo pro pace patriæ aliquot retrò annis bello civili adflictiſſimæ reſtituenda nuper ſuſceptis curis ac negociis graviſſimis gratias palam hoc ſcripto, quaſi portâ triumphali, agerem maximas: ac reconciliationis fœdus immortale ac concordiæ vinculum indiſſolubile glorioſiſſimæ familiæ Clivenſi gratularer ac comprecarer*

*ſubjectiſſimè: tum ut proavo, avo & parente inde à ſeculo officiariis veſtris in comitatu Marchiæ Altenano ſucceſſivè ortus avitamq́ aliquando ſpartam ornare optans, hæc ipſa ſub patrocinio veſtro iſthoc tempore Mavortio inter armorum ſtrepitus ac ſonitus nata adeoq́ jure territorii veſtra ad pedes Sereniſſimarum Excelſitatum Veſtrarum humilimè deferendo, non modò gratitudinem, fidelemq́ ſubjectionem teſtatam facerem: ſed & vobis patriæ patribus ſervitia qualiacunq́ à tenuitate mea proficiſci poſſent offerrem: meq́ clementiâ veſtrâ ſublevandum re-*

*commendarem devotè. Serena itaquefronte manuq; benigniſsima agnoſcite ſuſcipite, principes gratioſiſsimi ſubditi adfectum ſincerum & munuſculum equeſtre: meque inter clientes minimum, meáſque has meditationes ædilitias gratiâ veſtrâ fovete.*

*Quodreſtat, Sereniſsimi Principes, Deum vobis propitium, imperium juſtum: vitam prolixam, familiam optatam, aulam tutam, ſenatum fidelem, exercitus fortes, ſucceſſus felices, populum probum, orbem quietum: ſympatriotis & ſoli & poli halcyonia intimo cordis adfectu ap-*

*precor. Id verò faxit* DEUS *Optimus Maximus! Scripſi Kierſpenæ, XII. Maji, Anno Chriſti* cIɔ Iɔ cXXIX.

Sereniſs. Excelſit. Veſtras

*Subjectiſſimè colens*

Johannes-Wilhelmus Rö-
veſtrunck. J.U.D.

CONSULTISSIMO ET PRÆSTANTISSIMO VIRO,

# JOHANNI-WILHELMO RÔVESTRUNCK, JCto

S. P.

PERLEGI hiſce diebus jus tuum equeſtre, ſivè potius meditationes ædilitias de judicio equeſtri, tùm redhibitorio, tùm æſtimatorio. Valdè mihi placuit, tàm propter elegantiam, quàm brevitatem & exactum judicium, quo in conſcribendo uſus es. Optandum eſſet, ut ejuſmodi plura prodirent & noſtram Rempublicam exornarent. Hæc à te, vir Clariſſime, meditata & conſcripta inter privatos parietes latere nolui, ſed in publicum prodire & juventutem noſtram erudire juſſi. Utinam ita ab omnibus accipiatur & ametur, uti ex animo cupio & opto. Res continet hic libellus parvus quidem, ſed utiliſſimus, egregias & ſcitu dignas in uſu quotidiano incidentes & obverſantes. Nec me parùm exhilarat hic

tuus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369395-p0019-2

tuus labor, quem optarim multis aliis majoribus & utilioribus, eâdem induſtriâ & ingenii fidelitate adhiberi. De me ejuſmodi nulla ſunt ſperanda, non tàm propter ſenectutem, quàm morbi infelicitatem. Faxit Deus Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut hæc & ſimilia plura nobis quotidiè conſcribas & edas. Vale vir conſultiſſime.

*Johann. Gœddæus, I.V. D. & Profeſſor in Academia Marpurgenſi.*

ΕΠΙ-

# ΕΠΙΧΑΡΜΑ AD LECTOREM LIBRI.

MOs antiquus habet, laudabile, quisquis ut amplè
Condecoret doctam, qua valet arte, chelyn.
Sic ſi ſacra petas Muſarum caſtra, quid olim
Paulus? quid Petrus? quid reliquusq; chorus?
In decus aſſumptæ tentarunt Numina ſpartæ,
Hauſtuq; adniſi ſunt vacuaſſe Moſam.
Sic in Iuridicis quæ non extrema plerîq;
Sudarunt Proceres, quos colit alma Δική.
Sic quid non Medici ſubierunt ſulcra licæi?
Artis ut emineat fulgur, honorq;, decus.
Sic quid non audet dium Geometrica claſſis?
Archimedis tangat nomen ut aſtra ſui.
Sic queis Picturæ Cous bene favit Apelles
Viribus? & qui nunc æmulus artis honos?
Conſimile in ſimili quævis profeſſio præſtat,
Nullius ut ſtolidè torpeat artis honos.
Qualia tam variè præmaſcula facta ſequutus
GONGYLICAULA gravis, quem mea Muſa canit.
Haud fugit intactum ſpecimen de jure petitum
Materia clarum, quem mea Muſa colit,
Præclarum, ſi vera loquar, cui Practica nunquam
Parcit laudigeris accinuiſſe tonis.
Pondera ſuſcepti dextrè ſi libro laboris,
Non ſine fronte ſtrigæ cuncta polita valent.
Nec primum Noſter ſcribendi tentat Aëdon
Auſum, ſed clarens auſibus author adeſt.
Hic mihi ſtat Maras alter, proleſq; Minervæ,
Atq; Cleanthea laude ſecundus erit.

Quid

*Quid cunctare Venus! Pallas! quid pronuba Iuno!*
*Hujus in amplexus convolitare proci.*
*Ni quod fortè negent fruſtrà ceciniſſe Poëtam:*
Sæpè venit largo fænore tardus amor,
*Ergò Lector ave, candoris amore rotundus*
*Pinguia lecturæ lucra capeſſe tuæ.*
*Hic tibi ſi dubius ſuaſor, quem forſan obarmat*
*Nexus amicitiæ, ſcrutiniando feres.*

Eberhardus Rahmaccerus, J. D.
Sympatr.

*AD*

*AD PRÆCLARUM ET JURIS-peritiſſimum,*

# Dn. JOHANNEM WILHELMUM Rövestrunck / J. U. D. affinem & compatrem ſuum dilectum Ædilitias ſuas meditationes in lucem edentem.

*HERMAN* zur Megede / *Adj. Iudex Iſernlon.*

JOHANNES GUILELMUS RoëVESTRUNCCIUS.

*Anagrammaticè.*

ANNE MERE EULOGICUS JURISCONSULTUS?

Cum tibi refloret juveni juvenilior ætas,
Non leviora, magis ſed graviora ſtudes.
Diſcurſum in ſtatum, quonam Reſpublica con-
Arte tuâ facis & Marte tuere tuo. (ſtat
Exq; Dei verbo, bifido quoq; jure probaſti
Et tua docta probè ſcripta probata probant.
Quod nec fanorum reditus, nec fana profanis
Nec precis, purè ſed tribuenda ſacris.
Et pius & ſacer eſt, ſacri plenusq; laboris
Eſt & per magno dignus honore liber
Quem tua de æternâ quærendâ, & de vitioſâ
Vitâ vitanda protulit ante manus.

Nunc

Nunc ædilitii Edicti quoq; themata lucent,
Luce tui ingenii lucida facta quia.
Teulogicam, Logicam, civilem, juris & æqui
Notitiam monſtrant ſat tua ſcripta tuam
Quæ fulgent vulgata typis, vulgaria vulgo
Quæ non materiâ ſunt methodóve ſua.
ANNE MERE EULOGICUS JURIS-
CONSULTUS haberis?
Muta, taces ſi tu, non tua ſcripta tacent.
Eulogicè, quod Theulogico-Juriſta voceris
Teſtantur, fecit, quos tua Muſa, libri.
Perge celer, ſimilesq́ laboribus adde labores
Laude bona dignus præmia digna feres.

JOHAN-

# JOHANNIS-WILHELMI RöVESTRUNCK, J. U. D.

## Meditationum Ædilitiarum,

### *LIBER I.*

*De*

## REDHIBITORIO JUDICIO EQUESTRI.

Ad tit. D. de Ædilit. Edict. & C. de ædil. actionib.

### CAPUT I.

*De Redhibitoria Definitione: objecto: & judicii hujus Equeſtris uſu & partitione.*

REDHIBITORIA eſt actio Ædilitia, † quâ ob rei emtæ 1
venditæ aut permutatæ Morbum, Vitiúmve nocivum, traditionis tempore occultum & latens: vel non præſtita Promiſſa, Acceſſiones vel Cautionem, intra præfinitum terminum ad initi contractus emtionis- vendi-

tionis aut permutationis reſolutionem & quaſi in integrum reſtitutionem agitur: *l. redhibere.* 21. *l.cum autem.*23.§.1.*l.*29.§.2.*l.facta.*60. *h.tit.* Dicta aliâs judicium redhibitorium, *l.ſi quid.* 18.*pr.hic.*
2 † Actio redhibitoria.*l.*45.*h.t.* Venditionis reſolutio. *l. Pomponius.* 13. §.*præterea. D. de adq. vel amitt. poſſ.* Weſenb.*par. D.h.t.nu.*7. Redittio. ut & Redhibitio.*l.*4.*l.redhibere.*21.*pr. d.l.cum autem.*23. *d.l.facta.* 60.*hic. Præclariß. Vultejus Præcept. meus lib.* 1.*Iuriſp. cap.*44.*in fin.* item Actio ex emto ad redhibendum.Donell.13.*comment.jur.cap.*3. Obligatio redhibitoria. Althuſ.*dicæolog.lib.*1.*cap.*75.*n.*12.
3 † Tametſi verò non omnis ſolum generis animalia, homines, inquam, jumenta & pecudes. *l. ædiles.*38.*pr.*§.1.*&* 5.*l.ſi tamen.*48. §.6.*h.t.* ſed & inanimatæ res, ſive mobiles ſive immobiles. *l.* 1. *pr. l. ſciendum.*63.*h.t.* ut fundi ac prædia illarumq́; defectus (ſimplariis rerum ſcilicet contemptibilium *d.l.ſi tamen.*48.§.*ult.* & Fiſcalibus venditionibus exceptis. *d. l.* 1. §. 3. *hic. Donell. d. l.*) modo ejuſmodi ſint res quas propter vitium habere emtas non expediat. Weſenb.*par. D.hic.num.*8. in hoc judicium ædilitium veniant.*l.etiam.*49.*h.t.l.ſi prædium.*4.*C.h.t.* Mejer.*Pandect.lib.*21.*tit.*1.*theſ.* 18. utpote cujus finis fallaciis venditorum occurrere: & deceptis ſuccurrere.*d.l.*1.§.2.*l.*38.§.2. *D.hic.* hoc tamen loco aliis: nec non generalibus juris ædilitii relictis cauſas potiores contractum equeſtrem diſſolventes ſelectas in medium adducam, mihiq; objecti loco Equum Redhibitorium proponam.

† In

† In tanto, inquiat aliquis, jumentorum & 4
animalium grege quur non generatim & quaſi gregatim omnium potius quàm ſola equeſtria collecta enumerata vitia? Suos, dico equis morbos eſſe peculiares: animalibus cæteris ſuos, aut ſi qui cum illis communes ſint, eos propter uſum & honorem equorum (qui ſane apud magnates & peritos longè eſt maximus) aliis animantibus minus nocere: nec ita, ut his, vitio dari: non ſecus ac ea quæ teſte Ulp. *in l. ædiles.* 38. §. 7. *h. t.* in hominibus quidem morbum faciunt, in jumentis non item.

† Sunt equi jumentorum nobiliſſimi virtu- 5
tibus ornati uſibuſque humanis apti variis: Hereſb. *lib. 3. de re ruſtic. lo. de equis.* quorum laudum prçco ipſe Deus, *Iob.* 39.22.29. Virgil. *lib. 3. Georgic.* Patric. *lib. 3. tit. 2. de regn. & reg. iſtit.* Camerar. 1. *medit. hiſt.* 23. Præclariſſ. Dn. Alſtedius *lib. 2. Theol. nat. cap.* 28. & Buchananus, cujus præclarum eſt illud *Sylvar. lib.* elogium.

*Cætera rerum opifex animalia finxit ad uſus*
*Quæq; ſuos. Equus ad cunctos ſe accommodat unus.*
*Plauſtra trahit: fert clitellas: fert eſſeda: terram*
*Vomere proſcindit: dominum fert: ſive natatu*
*Flumina, ſeu foſſam ſaltu, ſeu vincere curſu*
*Eſt ſalebras opus: aut canibus circundare ſaltus:*
*Aut molles glomerare gradus: aut flectere gyros:*
*Libera ſeu vacuis ludat laſcivia campis.*
*Quod ſi bella vocent, tremulos vigor acer in artus*
*It, domino & ſocias vomit ore & naribus iras:*
*Vulneribusq; offert generoſum pectus, & unà*
*Gaudia, mœrorem ſumit, ponitq; viciſſim*

*Cum domino, ſortem ſic officioſus in omnem*
*Ut veteres nobis tam certo fœdere junctum*
*Crediderint mixtâ coaleſcere poſſe figurâ,*
*Inq; Pelethronius Centauros edere ſylvis.*

Contrà tamen morbis etiam vitiisq; infeſtantur infinitis: Ariſtotel.*lib.4. hiſtor.animal* 24.

6 † In Morbos autem (vulgo **auff wandel gehende Pferdtsmängel**) aliasve cauſas contractum equeſtrem reſcindentes nō minus jucundum quàm utile erit inquirere, tum quod innumeri equorum defectus maximè invicem differant, quorum delectus judicis requirit peritiam, tum quod lites hæ equeſtres cottidie fere pro tribunalibus prima potiſſimum inſtantiæ **ohn Pferdtsgerichte** verſentur: raræ autem hactenus Juriſconſultorum ſpeciales ſuper his prodierint deciſiones. Quo factum ut graviter minus in hac re verſati impingant: quibus facem præferre: doctioribus autem altius indagandi anſam offerre moliemur. Quem quidem conatum ſugillaturus, ſciat nos veſtigia & exemplum Ulpiani *in l.1.§.8.verſ. exempli.h.t.* mancipia morboſa & vitioſa recenſentis, ſi non aſſecutos, ſaltem ſecutos.

7 † Judicii itaque ſive actionis Redhibitoriæ Equeſtris conſidere tum cauſas antecedentes: tum ipſam Redhibitionem.

Cauſas quidem efficientes aliam Minus principalem ſcilicet factam ac Traditione conſummatam Venditionem aut Permutationem: *cap. ſeq.*

ſeq. aliam Principalem, videlicet: 1. Morbum vitiúmve, cujus quinq; pono proprietates *cap.3.* & ſpecies varias, *cap. 4.* aut 2. Defectum promiſſæ Laudis præſentis, vel vitii ceſſantis, cujus producam quatuor requiſita: & exempla complura, *cap.5.* Item 3. non præſtita Acceſſoria, vel 4. cautionem *cap.6.*

Circa actum redhibitionis ſeu ipſam Redditionem ſcrutabor: I. Modum redhibendi triplicem *cap.7.* II. Terminum temporis redditioni præfixum; *cap.8.* III. Redhibenda & Venditori & Emtori *cap.ult.*

## Caput II.

### *De Venditione aut Permutatione ac Traditione Equi redhibitionem præcedente.*

Efficiens minus princeps redhibitoriæ eſt præcedens venditio, † *l.1.pr.h.t.l.ex emto. 11.§.3.D.de act.emt.* aut Permutatio. *l.ſciendum.19. §.deinde.verſ.emtorem.h.t.* ubi de venditione ædilitio hoc edicto ſancita ad permutationem per interpretationem extenſa. Mejer.*pand. lib. 21.tit. 1.th.21.* ut in qua uterq; emtoris & venditoris ſit loco, *l.1.princ. D. de rer. permut.* & emtionis vocabulo latè ſumto hæc contineatur, Dionyſ. Gothof.*in not. ad d.l.19. §.5. per l.veteres. 19. de act.emt.* Horum autem contractuum alterutrum redhibitionē præcedere ac producere vult edictum. 1

† In oneroſis his, inquam, non lucrativis
contractibus redhibitoria locum obtinet, Ca-
ballin.*de ædilit. act.cap.2.num.6.* Itaq; ad Donatio-
nem redhibitio ſe non exporrigit, *l.ad res.62.* ubi
Coſtal *hic.* Proderet enim donatarii ingratitu-
dinem, nec pœnam liberalitatis pati donatorem
æquũ foret, quod innuit vulgatum proverbium:
**Einem geſchenckten Gaul / Soll man nicht ſe-
hen ins Maul.** Qui tamen alienum ſciens do-
naverit, de dolo obligatur, *d.l.62.h.t.* ut qui beni-
gne collatũ fraudis conſilio revocet, Caball. *d.l.*
3 † Ut autem venditio vel permutatio reddi-
tionem pariat, eam Traditio vel quaſi (**die Liebe-
rung**) inſecuta ſit oportet, *arg.l. juſtiſſime. 44. §.2.
in fin. h.t.* Hac enim dominium transfertur &
emtori adquiritur, *tab.7. LL. XII. Tabb. leg.10. §.
vendita. Inſt. de R.D. l.ſi ager.50. D. de rei vind. l.ſervum.
27. ubi Gothof. in not. C. eod. l. Quintus. 40. de act.emt.
l.traditionibus. 20. C. de pact.* Et paſſim hæ voces
(venditio traditioq;) copulativè poſitæ *in l.1. §.1.
verſ.ſi quid. l.25. pr. h. t.* utriuſque arguunt conjun-
ctionem. Copula enim conjungit. Nic. Everh.
4 *topic.lo.109. num.3.* † Nondum vero traditus
aut tranſlatus equus nec poterit redhiberi. Pri-
vatio enim præſupponit ac ſequitur habitum.
Everh. *topic.legal.lo.26. num.1. Excellentiſſ. Viri Præ-
ceptores mei honorandi* D. Joh. Henr. Alſtedius *En-
cyclop. lib.5. Metaphyſ. cap.26. regul.* 20. & D. Ro-
dolph. Goclenius *Lexic. Philoſoph. Latin. lit. P. verbo
Privatio*, nec ibi eſſe poteſt, ubi non eſt habitus,

Gothof.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369395-p0030-9

Gothofr. *in not. ad l.* 43. §. 9. *hic.* Matth. Stephan. *dial. jur. lib.* 2. *lo.* 79. *num.* 4. neq; poteſt deſinere eſſe quod non incepit eſſe, *cap. quod vero.* 23. *q.* 2. Matth. Steph. *d. l. num.* 1. aut fieri diſtractus & reſtitutio, ubi non præceſſit contractus & tranſlatio.

† Vendito igitur equo ſi morbi occulti aut 5
defectus promiſſi ignarus ante traditioné precium vel partem emtor bona fide numeravit, poſtea cognito morbo aut defectu non traditi, illud actione ex emto repetet, *l. ex emto.* 11. §. 6. *D. de act. emt.*

† Quid ſi in nundinis (id quod ſæpiſſime fie- 6
ri conſuevit) proxeneta equum quem uni prius vendidit, nec tamen tradidit, poſtmodum alteri vendiderit- tradiderit: & illo è mercatu recedente, abiturienti ſecundo emtori prior remoras arreſti injicere conetur, quod ei equus priùs fuerit venditus? Relaxandum judicamus arreſtum, vel potius denegandum cum Bald. & Iaſon. ac Marant. *prax. aur. part.* 4. *diſt.* 4. *num.* 65. In poſteriorem enim poſſeſſio & dominium venditione ac traditione tranſlata. Qui ideo rem plenè habere dici poteſt, *Vultej. lib.* 1. *Iuriſp. cap.* 67. *in princ.* Et illius, ceu poſſidentis, in pari cauſa, melior eſt conditio. *c. in pari. de R. I. in* 6. §. *retinendæ. verſ. commodum. Inſt. de interdict. l. fin. C. de rei vendic.* Cui poſſeſſio ſua auferri nequit. *d. l. ult. C. de rei vendic.*

† Traditio autem facta intelligitur, frœni 7

equo impoſiti exhibitione: tranſmiſſione & ac-
ceptatione equi: conſenſu juſsúve venditoris fa-
cta apprehenſione: item verbis vendentis ani-
mum transferendi teſtantibus: ut trado tibi e-
quum venditum: precor ut bene ſuccedat: a-
liisq; ſignis, utputa manus porrectione.
8 † Lubet nunc conſuetudinem vulgo rece-
ptam, quâ equus in publico mercatu (**auff frey-
em Jahrmarckt**) ut loquuntur venditus - tradi-
tus, etiamſi vitioſis aut promiſſis diſpar fuiſſe
aut eſſe inventus ſit, reddi, ejúsve nomine ven-
ditor conveniri nequit; examini ſubjicere. RA-
TIONABILIS ut ſit, lydius conſuetudinis eſt la-
pis. *Nov. 134. c. 1. c. cum tanto. ex. de conſ. & affin. c. con-
tingit. de jurejur. in 6.* Quum verò hæc Divinæ ac
Naturali rationi: Publicæq; utilitati repugnet,
non talis: ſed indiſcreta æſtimari deſuetudo de-
9 bet. † DIVINÆ: quod contrahentibus pec-
candi & divinam majeſtatem offendendi præ-
beat occaſionem, proximo impunè imponendo
& fallendo: contra præceptum Jehovæ *Levit. 25.*
14.17. & Apoſtoli 1.*Theſſal.* 4. 6. dicentis: Hanc
eſſe voluntatem Dei, ut ne quis opprimat &
quæſtui habeat in negocio fratrem ſuum: nam
10 vindicem eſſe dominum omnium iſtorum. †
Humanæ autem leges ac mores divinis debent
ſubordinari & ceu normæ Leſbiæ ac infallibili
conformari: Alſted. *triumph. Biblic. loc.* 29. *de Iu-*
11 *riſp. ſac. num.* 1. † nec Decalogum ac dilectionis
proximi officia evertere, aut peccandi & læden-
di oc-

di occaſionem ac immunitatem introducere. † NATURALI. Contractus enim à jure et- 12 iam gentium deſcendentes in totum diſſolvit ac tollit: quia contra juſtitiam commutativam rerum commutandarum inæqualitatem & dolum malum ac mercem improbam probat: & conſervatricē ac nervum omnium cōtractuum, bonam fidem, *l. ſi voluntate. verſ. quodſi. C. de reſcind. vend. l bonam fidem.* 4 *C. de oblig. & act.* violat: venditorem jacturâ ementis contra naturæ æquitatem, *l. nam hoc natura.* 14. *de cond. indeb.* Weſenb. *par. D. de juſt. & jur. num.* 15. locupletando inhoneſtam impoſturam faciendi occaſionem & authoritatem ſuppeditando: & juſtitiæ commutativæ conſecratum forum ſpeluncam impoſtorum faciendo. † Conſuetudo autem non de- 13 bet pugnare cum lege naturæ, Weſenb. *parat D. de LL. nu.* 9. ut quæ cauſa & fons omnis juris, §. *fin. Inſt. de juſt. & jur.* Weſenb. *parat. D. de juſt. & jur. nu.* 14. nec cum jure gentium primo: ut quod divinæ ac immutabilis juſtitiæ ſimulacrum eſt, Weſenb. *parat. d. l. num.* 15. † Bono publico. 14 Publicè namq; intereſt tum commercia & mercatus florere vigere: quod reſpublica ejuſq; cives exportatis mercibus abundantibus & neceſſariis ac utilibus importatis locupletentur: tum contractus honeſtè bona fide, probaque merce remotis fraudibus celebrari: atq; ita bonos ad contrahendum invitari, fallaces & fucoſas merces arceri, fraudes cohiberi: Quæ omnia præ-

15 poſtera hæc conſuetudo tollit. † Omnium ve-
ro legum & conſuetudinum finis & ſcopus eſſe
debet ut quàm beatiſſima ſit reſpublica: c. erit.
*diſt.4.c.non debet. de conſang. & affin.* & æquabilita-
te juris conſervetur, ut harum præſidio tuti ab
injuriis ſimus: Cicer. *lib.2.offic.* refrenetur no-
cendi facultas: *c. factæ. diſt.4.* emendentur vitia,
commendentur virtutes: quæ reipub. anchora
firmiſſima: teſte Solone: & ut in rebus adqui-
rendis, retinendis, alienandis, omnibuſq; con-
tractibus pari jure ſummi cum infimis tenean-
tur: quod cõcordiæ civilis fundamentum: We-
ſenb. *parat. D. de LL. nu. 6. & 9.* Sibi, ais, imputet
emtor quòd cùm conſuetudo eſſet notoria, ad-
eoq; illi ignota fuiſſe vel ſaltem eſſe debere non
præſumatur, rebus ſuis male proſpexerit. Aſt
quis omnes equorum morbos & fraudes brevi
momento explorare poſſet, quos arte norunt
impoſtores celare. Inſtas quod cum tacitè in ſta-
tutum vel conſuetudinem conſenſerit contra-
hendo in loco, non ſit audiendus. Non equi-
dem infiteor moribus loci, ibi degentibus &
verſantibus, ut ut duris vivendum: & privatis id
16 quod auferre nequeunt ferendum. † A ma-
giſtratu dico iniquitatis hoc vinculum tollen-
dum abrogandumq; eſſe. Male enim adinventa
vitanda: malæque conſuetudines abolendæ: *c.
quæ contra. c. mala. c. ſi conſuetudinem. diſt. 8. c. cum ve-
nerabilis. ext. de conſuet.* nec ex longo tempore, nec
ex longâ conſuetudine firmantur: *d. Nov. 134. cap.
1. verſ.*

1.*verſ. male enim* maximè quæ aperte incurrunt in legem divinam aut naturalem, *c. veritate. c. qui contempta. & ſeqq. diſt.* 8. *c. ex parte. c. cum tanto. ex de conſuet. c. conſuetudinem. de conſ. in* 6. Weſenb. *parat. D. de LL num.* 9.

† Quin & ſi ultra dimidium juſti precii emtor neſciens quantum res valeret, Conan. *lib.* 7. *comment. jur. cap.* 9. *num.* 10. venditionis tempore deceptus, beneficio *L.* 2. *&* 8. *C. de reſcind. vend.* ei ſuccurrendum: habebitq; optionem redhibendi, vel juſti precii ſupplementum petendi, *d. l. rem majoris.* 2. *C. de reſc. vend. c. cum dilecti. de emt. & vendit.* † Etſi verò omnem fraudem circa contractus leges abominentur, tamen pro perſonarum contrahentium ſive ſimplicitate, ſive vafritie & incuriâ vel prudentia: vel ratione indigentiæ & variæ æſtimationis, ut cautius mercari diſcant, Mynſing. 4. *obſer.* 73. *num.* 9. *& ſeqq.* in precio vel eventu incidentes modicas deceptiones ferunt: nec quoties ad contractus vel arbitrii alicujus reſciſſionem agitur, de modico jura volunt curandum, ut propterea contractus diſſolvatur, *l. ſcio illud.* 4. *de reſtit. in integ. l.* 54. *de contrah. emt.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 81. quod lites de lanâ, quod ajunt, caprinâ alioqui forent infinitæ: nec ulla ferè emtio-venditio conſiſteret. Id verò ne ſit publicè magis expedit *princ. de nov. Cod. fac. l. apertiſſimi. C. de judic.* † Cumq; aliquis conſtituendus eſſet modus ultra quem revocaretur contractus, leges ex dimi-

17 (beside "emtor" line), 18 (beside "Etſi verò" line), 19 (beside "Cumq;" line)

diâ rei æſtimationem ſumſerunt, *Mynſ. d. obſer. num.* 12. Dolo tamen vel fraude decipere omninò lege divinâ, 1. *Theſſal.* 4. *v.* 6. *Levit.* 25. *num.* 14. & 17. & civili vetitum. *l. & eleganter.* 7. *ubi Coſtal. de dolo.* Althuſ. *dicæolog. lib.* 1. *cap.* 74. *nu.* 13. Quo cum ſalis grano accipienda *l. in cauſæ.* 13. §. 1. *verſ. idem Pomponius. de minor. l. item.* 2. § *quemadmodum, locati*: quod in precio emtionis-venditionis naturaliter contrahentibus ſe invicem circumvenire liceat, vide Mynſing. 6. *obſerv.* 38. *num.* 7. & 8. & *alios.* Quia verò ob deceptionem in ipſa re emta vendita aut permutata, ædilitio edicto: ob deceptionem autem in ipſo precio actioni, *l.* 2. *C. de reſcind. vend.* locus: hæc obiter ob adfinitatem his inſeruiſſe ſufficiet: deinceps cauſas redhibitoriæ equeſtris principales, & ex illis priori loco Morbos vitiáve aggrediamur.

---

## Caput III.

## *De Proprietatibus Morbi vitiíve redhibitorii.*

1 Causæ redhibitoriæ principales potiſſimum ſunt quatuor: †

1. Morbus Vitiúmve:
2. Defectus Promiſſi.
3. Non præſtita Acceſſoria.
4. Cautio denegata.

Prioris ſpecto tum Proprietates: tum ſpecies. Tametſi autem vitii morbíve quoad edictum ædilium idem ferè ſit effectus: utpote quorum

voces

voces (morbi vitiive) in edicto conjunctivè ponuntur, *arg l.ſæpe.53.de V.S.* Eminentiſs. JCtus D. Gœddæus *Præcept. meus ad l.*101. §. 2. *num.* 1. *d. t.* hæc tamen inter utrumq; differentia: quod vitium vox generalior: morbus autem ſpecialior, *Gœdd. in d l.*101. §. 2. *num.* 5 *de V.S.* quum morboſus etiam vitioſus: non contrà omnis vitioſus etiam morboſus dici poſſit, *Gellius lib.*4. *noct. Attic. cap.*2. † Deinde morbus propriè accidentalis 2
ac temporalis eſt imbecillitas, *l. inter ſtuprum.*101. §. 2. *de V.S.* corruptio, Cicer. *lib.*4. *Tuſcul. quæſt.* ac impedimentum, *l. quæſitum.* 60. *D. de re jud.* ejus uſui damnoſum, *l.*1. §. 7. *h. t.* Mejer. *pand. lib.* 21. *tit.* 1. *th.* 10. quod tamen durante corpore plerumq; ceſſare vel emendari poſſit, *Gœdd. d. l. num.* 7. Vitium verò perpetuum corporis impedimentum, Mejer. *d l.* aut innatum, aut ex læſione aliquâ procreatum, Gœdd. *d. l.* quo partes corporis inter ſe diſſident, *d l.*101. §. 2. *de V.S.* ex quo pravitas membrorum diſtortio, deformitas, Cic. *d. lib.*4. *Tuſcul quæſt.*

† Proprietates ſeu requiſita Morbi vitiive 3
equeſtris redhibitorii ſtatuo potiſſimum quinque. Quarum prima, ut ſit aut ſolius corporis, aut corpori & animo commune, *l. ob quæ.* 4. §. 3. & 4. *h. t.* Donell. 13. *comment. jur.* 3. Nudum autem animi vitium illud demũ redhibitorium, quod domino corpus inutile reddiderit, aut ſubtraxerit, *l.*17. §. 1. & 2. *h. t.* Alth. *dicæol. lib.*1. *cap.*75. *n.*6. Treutl. 2. *diſp.* 2. *th.*1 *lit. e.* quod alias propriè non

eſt redhibitorium, *l.1.l.2.& ſeq.h.t.* Gœd. *in l.101. n.6.de V.S.* Donell. *d.l.* Vult. 1. *Iuriſp.* 44. *n.29.in fin.*

4 † Altera quod uſum ac operationem membrorum, aut totius corporis ſtructuram, Caball. *de ædilit.act.cap.2.num.15.* Gœdd. *in d.l.101. num.1. de V.S.* ſive continue, ſive per intervalla. *l.Pomponius.6.pr.h.t.* cum acceſſu diſceſſuq; A. Gellius *d. lib.4. noct. Attic. cap.2.* multum impediat deteriorémve reddat, *l.qui clavum.12 §.1.h t.* W*eſenb. par. D.h.t.num.9.* Gothofr. *in not.ad l.1.§.8.h.t.* Mejer. *pandect.lib.21.tit.1.th.10.* ad id cujus cauſa natura ejus corporis ſanitatem nobis dedit, *d.l.1.§.7.& 8.ubi* Gothofr. *in not.h.t.* Oldendorp. *Progymnaſ. claſſ.4.act.2 nu.1.* ita quidem ut propterea equum habere emtori non expediat, *l. bovem.43.§.6.h.t. l.ſi is qui.25.§.1.de except.rei jud.* Weſenb. *par.D.h.t.*
5 *num.8.* † Oportet itaq; morbum vitiúmve eſſe redhibitione dignum: nam non omnis morbus ei dat locum: ut quæ leve corporis vitium contemnit, *d.l.1.§.proinde. l.4.§.6.h.t.*

6 † Tertia, quod illo non modo ante venditionis aut permutationis contractum ac traditionis actum, *l. quæro.§ fin.h.t.* Treutl. 2.*diſp.2.th. 2.lit.b.* Sed & poſtmodum equus affligatur, *d.l.*
7 *ob quæ 4. §. idem Pomponius.h.t.* † Nam morbus poſt venditionem demum incidens, *l.actioni.h.t. l.ſi apud.3. C. de ædil. act.* aut ſi quod aliquando fecit, amplius non faciat, *d.l.1.§ idem Vivianus.10.h.t.* aut priſtinæ ſanitati reſtitutus *l. quod ita. 16.h.t.* redhibitionem regulariter excludit.

† Quar-

† Quarta, quod tempore contractus latens 8
& occultus *l.1.§.ſi intelligatur.h.t.* Oldend.*d.l.pract.* 3.adeoq; ementi ignotus fuerit, Treutl.2.*diſp.2.th.2.lit.b.* nec palam apparuerit, *Vult.1.Iuriſp.cap.*44.*Bocer.diſp.3.claſſ.2.th.*101.*lit.c.* Gilhauſ.*arb.jud.cap.6.part.1.de probat.§.*223.*num.*4. ita quidem ut morbo latente veriſimile ſit illum ignorare ac falli potuiſſe, *d.l.quæritur.§ fin.h.t.* Oldend.*d.l.* † 9
Evidens enim omnibusq; apparens vitium, utputa ſi manifeſtè ſit cœcus aut claudus, perinde eſt ac ſi nominatim fuiſſet exceptum, *d.l. quæritur.*14.§.10.*h.t.* etiamſi venditor de vitio nihil dixerit, neq; ſibi caverit, Donell. *d.l.*13.*comment.*3. Quoties namque ſignum ſuâ naturâ demonſtrat ſignatum, & vitium ſigno aliquo intelligi potuit, non eſt neceſſaria hominis declaratio ceſſatq; edictum ædilitium.*l.1.§.ſi intelligatur.l.ſi tamen.§.ei qui.h.t.* Mejer.*pand.lib.21.tit.1.th.19.* Et ædilium curâ illis proſpectum morbis ac vitiis, quæ quis ignoravit vel ignorare potuit, ne ſcilic. emtor decipiatur: qui quæ palam erant non ignoravit, Donell. *d.l.* vel ſaltem juſte ignorare non potuit. Coſtal. *in l.1.h.t.* nec diſſolutam emtoris ſtupidi, qui interdiu claris oculis hallucinari maluit ignorantiam excuſat, *l.cum ſex.55.h.t.* Oldend.*d.l.* ut qui damnum quod ſuâ culpâ ſentit, ſibi non alii imputare debet, *c.damnum.86.de R.I.in 6.*

† Quinta: Reticentiâ venditoris diſſimula- 10
tum fuiſſe. Mejer.*pandect.lib.21.tit.1.th.19.* ſive fal-

lendi

lendi cauſa obſcurè ac inſidiosè ſit locutus, vel diſſimulanter non palam & rectè prædixerit. *l.* 14. §. 9. *l.* 38. *h. t.* vel omnino non pronunciaverit tradens, nec de eo emtorem certiorem fecerit, *d. l.* 1. §. 2. *&* 6. *l.* 17. §. *ult. l.* 32. *h. t. l.* 1. §. 1. *l.* 11. §. *redhibitione. l* 13. §. *idem de act. emt.* Althuſ. *dicæol. lib.* 1. „ *cap.* 75. *num.* 9. Cautum enim Ædilium edicto, ut „ qui jumenta vendunt, palam rectè dicant, quid in quoque eorum morbi vitiive ſit, *d. l. ædiles*, 38. *pr. h. t.*

11 † Sanum tamen omnique à labe alienum venditor equum vulgò conſuetâ formulâ: **Geſund/auffrichtig/ ohne einigen Pferdesmangel** in venditione pronunciaverit: an ſimpliciter omiſſis verborum ejuſmodi pigmentis vendiderit, eodem fere quoad redhibendum recidit Uterq; enim ementi impoſuit & peccavit: & qui morboſum ſanum falſo pronunciavit: & qui vitium callidè, contra legem Ædilium, reticuit. Emtio-venditio autem ut contractus bonæ fidei, per ſe ſinceras requirit merces: nec emti judicium dolum admittit, *l.* 1. §. 1. *l. tenetur.* 6 §. *fin. de act. emt. & vend. l. cum per eos. C. ſi quis alt. vel ſibi.* Et edicto Ædilium Curulium à venditionibus omnes fraudes removentur, *l.* 1. §. 2. *l. præcipiunt.* 37. *pr. h. t.* Alex. ab Alex. 4. *genial. dier.* 4. Cui conſonum illud mercatorum vulgatum: **Kauff erfordert Kauffmansgut vnd Glauben.**

12 † Verùm ſi venditos morbi vitiive emtorem certiorem reddiderit: vel de morbo aliquo nomina-

minatim ac ſpecialiter exceperit, *d.l. quæritur.*14. §.9.*h.t.* Mynſing.1. *obſerv.*56.*nu* 9. aut emens illud recipiendo ſciens prudens agnoverit, poſtea equum reprobare minimè poterit, *d.l.*1.§.*ſi intelligatur.gloſs.in l.*31.§.17.*h.t.* ſed exceptione oppoſita venditor abſolvendus, *l.*48.§.4.*h.t.* Remittentibus enim ſuas actiones dandus non eſt regreſſus, *d.l.*14.§.9.*h.t.* Nec cum ſumma hujus edicti ſit ratio & finis, ut deceptis ſubveniatur, *d. l.*1.§.2.*l.debet.*27.*h.t.* decipi is poteſt qui ſcivit, aut ſupinè ignoravit, Oldend.*progymn. claſſ.*4. *act.*2. *pract.*3. Unde illud: Prudens emiſti vitioſum, dicta tibi eſt lex, gloſſ. *in l.*51.*pr. h.t.*

† Si quoque venditor morbum extenuando 13 vel occultando imperitum ad emendum induxerit, ejúſve oculos fefellerit, quia dolus vendentis, latæ culpæ ementis præponderat, *arg. l. item ſi obſtetrix.*§.*fin.l.ſi putator.*§ *fin.ad L.Aquil.* nec huic ſimplicitas obeſſe: nec alteri dolus prodeſſe debet: ſed erit beneficio redhibitionis locus, *d.l. quæritur.*14.*h.t.* † Modo ejus ignorantia aut ſim- 14 plicitas non ſit diſſoluta vel affectata, *l. cum ſex.* 55.*h.t.* Hanc enim doli: illam latæ culpæ exceptio infringet ac repellet: Quum deceptis ac errantibus: non autem decipientibus jura opitulentur, *l. & primo.*§.3.*ad SC.Vellej.l.ſi is.*2. *C. ſi min. ſe maj. dix.* Et lata ſit culpa nimia negligentia, vel non intelligere vel videre quod omnes vel major pars intelligunt, *l. latæ culpæ.*223.*de V.S.* Bachov.*in not.ad Treutl.vol.*2.*diſp.*2.*th.*2.*b.*

15 † Factâ venditione cum omni vitio: aut permutatione Haar vmb Haar: wie ein vnd der ander gehet vnd ſtehet: ſonder Nachſpruch oder Wandel/ꝛc. ſi morbum alter celaverit, qui poſtmodum innoteſcat, non obſtante pacto diſſolvendus erit contractus propter dolum conſultò reticentis, *l. quæritur.* 14. §. 1. *h. t.* Qui præcepto Ædilium palam, rectè ac ſpecifice dicere, & emtorem certiorem facere debuit, quid in equo vitii morbíve ſit, *l.* 1. §. 1. *l. ædiles ajunt.* 38. *pr. h. t.* Nec proſunt fallenti verba captioſa & generalia, *l. ſi res vendita.* 1. *in fin. D. de act. emt.* nec pactum ne de evictione teneatur prodeſt ei qui ſcivit cauſam ex quâ res evinceretur, & tacuit, *l. tenetur.* 6. §. 9. *de act. emt.*

16 † An verò morbum pronunciaſſe, atque ita redhibitoriam excluſiſſe putandus, qui ſubridens de nævis percontanti reſpondit: Equus eſt cœcus, lunaticus &c. ſicq; inter alios fictos, etiam verum récenſuit morbum: ſi ut illos per jocum dictos: ita & hunc abeſſe credens emtor equum bonâ fide emit? Doloſam dicimus ex propoſito hanc narrationem, *cum Caball. de ædil. act. cap.* 2. *nu.* 27. ut quæ eo ſolùm animo & fine facta, quo ſecuro imponeret emtori: & ita vitium vendens tegeret: quod aliâs emtor fugiturus fuiſſet. Ideoq; iuſidioſa hæc pronunciatio, dicam an machinatio? nihil operatura aut profutura: quum ſimulata venditio ſit invalida, *l. ſicut emtio.* 20. *D. locat. l.* 43. § *fin. D. de contrah. emt. l.* 3. *C. eod.*

C. *eod.* ob defectum mutui in rem conſenſus, Vult. *lib.1. iuriſp.35.nu.64.* Et dolus in contractibus bonæ fidei dans cauſam contractui, reddit contractum ipſo jure nullum, *arg. l. & eleganter. D. de dolo mal. gloſ. in §. actionum. lit. e. Inſt. de action.* Zaſius *in l. ſi quis cum aliter. nu.1. de V.O. idem in d. §. actionum. num. 44. Inſt. de act.* Everh. *topic. loc 41. nu. 5. Gail. 2. obſerv. 2. nu. 6.* Mynſing. *6. obſerv. 38. nu. 3.*

† Sciverit vitium venditor, an ignoraverit, 17 quin redhibendus ſit non in[illegible]dit. Donell. 13. *comment. jur. 3.* Non enim tollit morbum aut vitium, nec damnum emtoris, ignorantiâ an calliditate venditoris ſit deceptus, *l. 1. § cauſa. h. t.* Mejer. *pand. lib. 21. tit. 1. th. 19.* Quum equus non ſit talis, qualem contrahentium bona fides requirit aut promiſſus eſt. Et venditor rem ſuam noſſe potuit & debet, *d. l. 1. §. 2. h. t.* Oldend. *progym. claſſ. 4. act. 2. num. 4.* † Scientia tamen & re- 18 ticentia ipſi venditori hactenus obeſt, ut eum omnis omninò damni à captioſâ hac venditione ac impoſturâ deſcendentis & intereſſe præſtationi obliget, *l. Iulianus. 13. l. 21. §. 3. de act. emt. l. 1. C. de ædil. act.* Mynſing. *1. obſerv. 56 n. 7.* Weſenb. *par. D. h. t. nu. 7.* † Quem quidem morbum ſci- 19 viſſe ac diſſimulaſſe emtori injungit probandum Caballinus *de ædilit. act. cap. 2. num. 24.* † I- 20 gnorans verò rem vitioſam aut morboſam venditor, ſi nihil amplius de vitio aut morbo adfirmavit, in id quod intereſt emtoris non tenetur, Donell. *d. lib. 13. comment. cap. 3.* † Cui conſul- 21

tum eſt ſi excepit, nolle ſe teneri de morbo, qui
aliquando in equo ſit apparituruѕ, Oldend. *pro-*
*gym.d.l.pract.3.* Caball. *d.l.num.19.* Hac enim ra-
tione vitium illi incognitum ac latens emtor ſuâ
ſponte recepit: nec volenti aut ſcienti fit dolus, *l.*
22 *cum donationis. C. de tranſact.* † Ignoranti, inquam,
morbum venditori ſolum: non autem ſcienti
hæc proderit conventio. Hujus enim eſt quæ
novit ſpecialiter palam & rectè emtori indica-
re, ne decipiatur, Donell. *d.l.* quod nî faxit, in
dolo eſt. Caball. *d.l.num.24.*

23 † Si quis alieno nomine morboſum aut vi-
tioſum ignorans emit, quatenus ob ignoran-
tiam redhibitio aut vitii præſtatio locum inve-
niat, quæritur? Diſtinctione me expediam. Si
nomine & mandato dominico vel paterno de
incerto emendo, famulus aut filiusfamilias,
morboſum inſcius emit, ſervi vel filii tantum: &
non mandantis cõſideranda ignorantia, Treutl.
24 *2.diſp.2.th.3.lit.c.* † Modò ne domino vel patre
præſente & non contradicente emerit: ita enim
domini aut patris ſcientia in illius præjudicium
inſpicitur, *l. imò. §. planè ſi filius. de lib. cauſ.* Cui ta-
men ſi contradicere præſens non potuit, ſcientia
25 haud oberit, *l. in hujuſmodi. de contrah. emt.* † Si ve-
ro certum equum emendi mandatum ac pote-
ſtatem ei dominus fecerit, domini notitia vel i-
gnorantia attendenda: & imperitia famuli con-
trahentis domino ſcienti nocebit, *l. cum manci-*
*pium.51.pr.h.t.* Mejer. *pand.lib.21.tit.1.th.22.* Qui
enim

enim ut nuncius emit, vicem epiſtolæ gerit: & hæc verborum, *l. & licet. D. de conſt. pecun.* Ideo potiſſimum domini inſpicienda ignorantia vel ſcientia, *gloſſ. in pr. d. l. 51. h. t.* † Si peculiari no- 26
mine ſervus contraxit, ejus ſolùm & non domini ſpectanda ignorantia & notitia, *d. l. 51. pr. ubi gloſſ.* nec intereſt certum incertúmve domino mandante emerit, *gloſſ. in d. l.* † Procurator au- 27
tẽ ſi ſciens morboſum vitioſúmve emerit, tametſi domino mandati vel negotiorum geſtorum actione ſit obſtrictus, dominus tamen eo nomine hac ædilitiâ aget: ut cui contractu procuratoris actio adquiritur, *l. in cauſæ. in fin D. de procurat. l. Iulianus 13. §. ſi procurator. 25. D. de act. emt.* Verum ignoranti vitium procuratori, qui mandatu domini quantumvis ſcientis emit, ex ſuo contractu redhibitoriâ acturo, utilis exceptio ex perſonâ domini non rectè: ipſo autem domino ex perſonâ ſuâ agenti legitimè opponitur, *d. l. cum mancipium. 51. §. 1. h. t.*

† Cæterum emtor qui nondum exſoluto 28
precio morbum vitiúmve cognovit, ſi conſultò poſtmodum precium ſolvit, deinde redhibitoriâ vel æſtimatoriâ acturus non eſt audiendus, *arg. l. cum te. 2. C. de his quæ vi met. cauſ. l. ſi obſ. 8. D de cond. ob turp. cauſ.* Caball. *de ædilit. act. cap. 3. num. 11.* Quia enim Traditio & Solutio regulariter contractum emtionis-venditionis conſummat, antiquiſſima XII. tabularum lege *tab. 7. leg. 10.* Vultej. 1. *Iuriſp. Rom. 35. in fin.* hoc actu contrario

morbum recipere, contractum confirmare munire, & beneficio redhibitionis (ut quo contractus diſſolvitur) ſe renunciare ipſo facto teſtatus
19 eſt. † Ex actu ſiquidem præſumitur de voluntate agentis: quia principium actionis eſt voluntas & conſilium, Ariſtot. 1. *magn. moral.* 12. Et plus eſt facto quam verbis voluntatem declarare, *arg l. ſi tamen.* 48. §. 3. *h. t.* Mejer. *Pandect. lib.* 21. *tit.* 1. *th.* 19.

---

## CAPUT IV.

### *De variis Equeſtrium vitiorum ac Morborum redhibitoriorum ſpeciebus.*

SUCCEDUNT nunc varia Morborum vitiorúmve redhibitoriorum genera.

1 † Jure equidem Saxonico **Weichbild** *artic.* 97. nonniſi de tribus vitiis internis equi regulariter venditor redhibitoriâ tenetur: quæ ſunt: **Stebig/ Staarblind vnd Haarſchlechtig:** niſi alia forte lex contractui ſit dicta.

2 † Ex Reformatione reipub. Noribergenſis *lib.* 4. *tit.* 16. §. 1. venditor de tribus tenetur vitiis, ſi equus ſit: **1. Rötzig/ 2. Reudig/ 3. Haarſchlechtig.**

3 † Juxta reformationem reipub. Francofurtenſis *part.* 2. *tit.* 9. §. 4. quatuor ſunt vitia quæ ſufficiunt ad reſciſſionem venditionis equi, 1. **Geraubt oder geſtohlen: 2. Haarſchlechtig. 3. Stebig. 4. Hauptſieg/ als Mohnaugig oder Rötzig.**

† Matth.

† Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 1. nu.* 71. eumq; ſecutus Treutl. 2 *diſp. 2. th. 2. lit. f.* emtorem pro omnibus vitiis internis ſive non apparentibus, nec à venditore indicatis, redhibitoriâ actione experiri poſſe putant. Aſt ob quodvis etiam levius vitium internum, ſive non apparens indiſtinctè cōtractum retractandum, menti legis non videtur conſentaneum. Siquidem odioſa ac vetita bonæ fidei contractuum temeraria minimam ob cauſam reſciſſio, *l. res bona.* 54. *D. de contr. emt. l.* 8. *C. de reſcind. vendit.* Nec Reſciſſoriæ actiones (qualis eſt redhibitoria) quia contra jus civile dantur, *l. in honorariis.* 35. *de action.* temerè aut ob res leviculas dandæ ſunt, *l.* 10. *l.* 11. *de dolo malo.* Illumque demum morbum redhibitorium judicamus qui uſum miniſteriumque equi multum impediat deteriorémve reddat, ut emtori idcirco eum habere non expediat: nec ob id ſi ſciviſſet, emturus fuiſſet, *id quod cap. 3. ſupra probavimus.* Ideo delectum morborum redhibitoriorum habere convenit. 4

† Præter tres initio memoratos, ſequentes etiam equos judicat redhibitorios, idem Coler. *d. l. nu.* 81. 82. Calcitroſum, Phreneticum ſemetipſum turbantem ac eripientem: Qui transjungi non poteſt: aut unum tantum jugum patitur: Retrogradum: Superoſſa vel Gallas habentem. 5

† Lud. Gilhauſ. *arb. jud. cap. 6. part.* 1. § 223. *n.* 4. quatuor ſolum ſtatuit equos venditionem reſcindentes: Furtivum, Reſtitorem, Mucoſum, Suſpicioſum. 6

 †Con-

7 † Conrad. Heretb. *lib.3. de re ruſtic. loc. de Equis:* ſunt, inquit, morbi aliquot incurabiles & quorum ratione ex ædilitio edicto, niſi aliter cautum ſit in ſtipulando redhibitio debetur quales ſunt Aſthmatici, Suſpirioſi, Lunatici, Serpigine vel Intertrigine infecti, vermem appellant; qui morbus ſi ad teſticulos uſq; proſerpat incurabilis æſtimatur: Adduntur gallæ intrinſecè vel introrſum manantes.

8 † Tametſi vero hodie pleriſq; in locis nonniſi ob certos quoſdam morbos ac vitia, de quibus vulgò inter partes convenit, redhibitioni locus relinquatur: non tamen veremur affirmare jus civile ſanctius ſeveriusq; hac in parte eſſe, quod dolum & deceptionem averſatur: cum ii qui jus civile in hac aut etiam in aliis quibuſdam partibus negligunt, niſi alia ratione iniquitatem expellant, excuſare ſe à doli ac fraudis patrocinio vix poſſint: Mejer. *pandect. lib. 21. tit. 1. th. 17.*

9 † Rem igitur equeſtrem paulo altius ac penitius examinaturus, plures in medium producere tentabo: alios æſtimatorio judicio reſervaturus. Quod indubiè tum equorum, tum morborum peritus ſuo adprobaturus calculo. Idem proprietates morbi vitiive redhibitorii iiſdem competentes ſuadebunt: Ea propter quum in cauſa redditionis conveniant, in effectu quoq; conveniant neceſſe eſt. Effectus enim ejuſdem naturæ cenſetur cujus ipſa etiam cauſa. Schickh. *Log. jurid. loc. 16. reg. 2. num. 1.*

Ac

Ac regulæ quidem principiiq́, loco præmittimus: Servos mancipiaq́; in judicio redhibitorio jumẽtis & animalibus æquiparari: Eaſdemq́; ferè quoad morbcs vitiáve jumentorum, quæ & mancipiorum redhibendorum eſſe cauſas: ita ut de mancipiorum redhibitione dicta, ad jumenta equóſve transferri poſſint. *l. ædiles.* 38. §. 2. & 3. *l. ſi tameñ.* 48. §. *non ſolum. h. t.* Mejer. *pand. lib.* 21. *tit.* 1. *th.* 17.

† E numero autem morborum vitiorúmve 10
redhibitionem admittentium erunt ſubſequentes. 1. Si equus vitio inteſtinorum vorare non poſſit: Equus enim male pabulatus male vadit, inquit *Accurſ. in l. animalia. C. de curſ. publ.* adeoque redditur inutilis. Quodſi tamen oris, linguæ, dentitionis vel dentium tumore aut vitiis, qui noſtris: Froſch/ Blatter/ Schuell/ Zahnen vñ Schiffer/ oder Wolffszahne/ ꝛc. impeditus, pabulum recipere non poſſit, deneganda redhibitio utpote quorum̃ cura facilima cuivis non ignota. 2. Reſtitor: qui ſcilicet in labore vel itinere pedem ita ſiſtit, ut nullâ verberum vehementiâ propelli queat: Stettig / Stendig oder Wahnzüatiſch. Weichb. *d. l.* Coler. *d. l. n.* 82. Gilh. *d. l.* 3. Phreneticus maliſve ſpiritibus captus: der kollerend vnd vnſinnig wird. *arg. l.* 1. §. 9. *verſ. interdum. l.* 4. §. 1. *h. t.* Matth. Coler. *de proceſſ. exec. d. l. num.* 81. De cujus proprietatibus vide Joh. Coler. *lib.* 10. *œconom. cap.* 110. 4. Furioſus aut inſaniens; *l. bovem.* 43. §. *aliquando.* 6. *h. t.* 5. Fugax:

qui facilè turbatus ſeipſum eripit: Repfiſch: *l. cum ſex. 55. h.t.* quíve ad fugam gradum unum atque alterum promovit & currere cœpit, *arg. d.l.* 17. §. 9. *h.t.* 6. Caduco laborans morbo: quibus de cauſis quia equo minus uti poſſumus, nō ſanus, adeoq; redhibendus eſt, *per l idem Ofilius. l. qui clavum.* 12. §. 1. *h.t.* Tametſi verò hæc animi vitia videri poſſint, è corporis attamen vitio accidunt, & inde ad animum penetrant, ideoque ob vitia corporis cū animi vitiis conjuncta redhiberi equus poteſt, *d.l. ob quæ.* 4. § 1. *h.t.* Mejer. *pand. lib.* 21. *tit.* 1. *th.* 10. 7. Mucoſus, ſeu pituitoſus: Rötzig oder Hauptſüchtig. Gilhauſ. *d.l. quem deſcribit* Joh. Coler. *lib.* 10. *œconom. cap* 38. 8. Suſpirioſus: Bauchbläſig oder dempfig. Gilhauſ. *d. l. num.* 4. 9. Lunaticus: cujus ſcil. viſus cum revolutione lunæ decreſcit & creſcit: Mohnäugig. *l. bovem.* 43. §. 6. *h.t.* 10. Cœcus. A quo unquam, ais, viſus non eſt præviſus: aut talis non viſus. Scio emturos caput, pedes, totius corporis diſpoſitionem & virtutes luſtrare. At ſpecioſa impoſtores pulvere aut fuco tranſitorio faciunt lumina caliginoſa, ut vitia emtorem etiam verſutum latere poſſint, 11. Cœcutiens blöden Geſichts. 12. Cujus oculus membranâ obductus ac tectus: Staarblind. Weichb. *d. artic.* 97. Matth. Coler. *d.l.* Treutl *d. th.* 2. *lit. f. in fin.* 13. Alios id genus oculorum morbos alens: der krancke Augen / als den Haug / oder einen Flecken auffm Auge hat / ut qui facilè cum diſcrimine viſus

viſus conjuncti ſunt. 14. Qui in ſpatulâ patitur: nobis Spath. Caball. *de ædil. act. cap. 2. nu. 27.* 15. Gallen. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. d. l. nu.* 81. 16. Fiſteln. 17. Mit dem Wurm behafft. Hereſb. *lib. 3. de re ruſt. loc. de equis.* 18. Scabioſus. *l. vel protervi. h. t.* Matth. Coler. *d. l. num.* 82. Qui quidem adeo ſunt peſtiferi ut non conjunctos ſolùm: ſed & equile inficiant, teſte Joh. Colero *lib.* 10. *œconom. cap.* 80. 88. 89. *& ſeqq.* 19. Qui lotium continuit: der das Stahlen vbertragen: ut propterea aut ſtranguriæ morbo crucietur: aut jugulis humore repletis perpetuò inutilis fiat: Camer. 2. *med. hiſt.* 92. Patric. *lib.* 3. *de regn. & reg. inſtit. tit.* 2. 20. Si hauſto multo aëre, aquâ aut pabulo ante venditionem morbum conceperit, quiq; ita invaluerit, ac omnia membra occupaverit, ut priſtinæ ſanitati equus reſtitui nequeat: Verfang oder die Rhede vulgo. 21. Pedes examines habens: Kernſchwinden/oder ſo das Leben auß den Füſſen außgezogen: de quo Joh. Coler. *d. lib.* 10. *œcon. cap.* 70. 22. Steingallen. 23. Articularius: Lahm oder contracke. Quod quidem vitiũ etſi in oculos utplurimum facilè incidat: ſæpe tamen ementis mentem & viſum fallere poteſt. 24. Hernioſus: Gebrochen. 25. daß einen Nabelbruch hat. 26. Lienoſus Miltzſüchtig. Lien enim ſi recens nati non ejecerint, illis laborantibus dolores crebros pariet: & lienoſos vix quinquennium excedere experientia docuit. 27. Surdus, *l. vel protervi.* 3.

*h. t.*

*h.t.* illo enim vitio miniſterium equi impeditur. Mejer.*pandect.d.l.th.*11. 28. Intolerabili ferocitate calcitroſus: Untrew: *arg. l. bovem.* 43.*pr.h.t.* Oldend. *progym.claß.*4.*act.*2.*pract.*2. Matth. Col. *de proceſſ. execut. d.l. num.*81. Mejer. *d. l. th* 17. 29. Retrogradus: der hinderſich laufft. Coler. *d.l.* Gilh.*arb.judic.cap.*3.*de Libellis nu.*50. 30. Qui alterum jugum nō patitur: Speitig oder Wreith. *l* 38.§.9.*h.t.*Coler.*de proceſſ.execut.d.l.* Mejer.*pand. d.l.th.*17. 31. Si membrana interioribus corporis interjecta rupta equus occubuerit: Verhitzt/ oder dem das Netz im Leib zerſpliſſen. Quæ quidem lacerata non ſolideſcit: adeoq; certiſſima mortis eſt cauſa: extrorſum tamen hic morbus non facile apparet, uſq; dum extinctus demum concidat. Ideo de exenterato periti judicabunt, num ante venditionis diem id mali ſibi equus conſciverit alueritque. Adhibendi autem ejus rei periti ſaltem duo: qui per juramentum morbum inſpiciant: deq; illius initio & proprietatibus judicent, Oldend. *progym.claſſ.*4.*act.*2 *pract.*3. Quod ſi ita eſſe agnoverint, adjudicandum emtori precium: ut cui ſanus non eſt traditus occulto eodemq; incurabili infectus malo. 32. Præterea ſi demortui morbus fuerit occultus: & vulſo equo artis periti ex inſpectione inteſtinorum deprehendant illum veneficio corruptum: aut vitium in veſicâ *l. quæritur.*14.§.4.*h.t.* aut pulmonem vel jecur marcidum, *l.qui clavum.*12. §.4.*h.t.* indeque colligant morbum venditionem anteceſſiſſe,

ceſſiſſe, refundendum emtori precium. 32. Si in continenti aut triduo poſt moriatur equus: & morbus ſit occultus, quia celeritas mortis morbum præceſſiſſe arguit, tempore contractus morboſus fuiſſe præſumitur, redhibendum emtori precium venditori acceſſiones, Cyn. Bald. & alii *in l.1. C. h.t.* Caball. *de ædil. act. cap. 2. num. 26.* Treutl. *d.l. th. 2. lit. b.* Gilh. *d.l. num. 2.* Modo culpâ emtoris, ejus familiæ vel procuratoris non ſit demortuus, *arg. l. quod ſi nolit. 31. §. 11. l. ſi hominem. 47. §. 1. l. ſi tamen. 48. pr. h. t.* Si enim alimentis pabuli aut potus, ceu mediis ad vitæ ſuſtentationem neceſſariis denegatis: aut non opportune ſubminiſtratis: vel hippiatro omnino nullo: aut culpâ emtoris inepto adhibito: vel equum male tractando, morti occaſionem dederit, ante litis conteſtationem mortuus pro vivo habendus: & ea ſolum præſtanda ob morbum quæ ſi viveret præſtarentur. Lite autem conteſtatâ, qualiter mortuus ſit arbitrio judicis definiendum. *arg. d. l. 31. § 11. 12. & 13.* 24. Mordax. Mejer. *pand. lib. 21. tit. 1. th. 17.* 35. der ſich verböhget. Conſimilium morboſum vitiorumve idem eſto judicium.

† Propter morboſum equum etiam nō morboſus una eademq; emtione venditus redhibetur, ſi paria jumenta venierint & alterum tantum vitioſum ſit: & jugum, trigam vel quadrigam, vel mulas pares nonniſi omnes in eodem officio cōjunctas habere expediat: propterea q; 11

ſine

ſine magno incommodo ſeparari non poſſint: & manifeſtum ſit nonniſi omnes quem emturum vel venditurum fuiſſe, *l.cum ejuſdem.*34. *l.ſeq. d.l.ædiles.*38.§.14.*arg.l.Labeo.*64.§.1.*h.t.* Rob. Marant *prax.aur.part.*4.*diſt.*4.*num.*63. Mejer.*pandect. lib.*21.*tit.*1.*th.*20. E re enim utriuſq; eſt jumenta paria non ſeparari, *d.l.*38.§.14.*h.t.* Eadem connexorum ratio reddit inſeparabilia: ut de quorum uno quod ſtatuitur, idē & de altero, Matth. Steph.*dial.jur.lib.*2.*loc.*30.*num.*1.

12 † Quodſi igitur equitium **eine Kopfel / oder Roßſchar** venierit & unus morboſus ſit: an infecti ſolùm, vel omnium fiat redhibitio? Hactenus caſus erit decidendus, ut ſi confusè unum pro omnibus precium ſimul ſit conſtitutum, & ejuſdem officii cauſa omnes coëmti ſint, quia una eſt venditio propter unius morbum alii redhibeantur, *arg. d.l.cum ejuſdem.*34.*ubi gloſſ. l. Labeo.* 64.§.1.*h.t.* Niſi utriuſq; conſenſu unicus ille reſtituatur ſolus, *arg.l.ſi plura.*36.*h.t.* quo caſu non ſolùm reſtituendum precium æſtimatione factâ pro ratâ equi redhibiti, *d l.Labeo.ubi* gloſſ.*h.t.* ſed & id quod cæteri quos retinet eo ſunt depreciati: gloſſ. *in ſimili in d.l.ſi plura.pr.h.t.* Nam vel unicus ſæpe omnem poliam ſpectabilem ac vendibilem facit. Cuilibet verò equorum ſuo conſtituto precio, quia plures ſunt venditiones propter unius morbum alii nō redhibentur: etiamſi ex precio ſingulorum una collecta ſit ſumma, *l.* 38.§.*cum autem.h.t.* niſi emtorem alios ſine iſto

non

non emturum: vel venditorem hunc ſine aliis non vendíturum fuiſſe affinitas rerum vel perſonarum ſuadeat, puta ſi nonniſi omnes habere expediat: nec ſine magno incommodo ſeparari poſſint, *arg. l. cum ejuſdem. l. ſeq. h. t.*

† Quia etiam furtum ac vis expulſiva eſt vi- 13
tium reale, rebus ſemper cohærens, nec eas unquam relinquens ad quemcunq; licet poſſeſſorem tranſeant, Mynſing. *in* §. *furtivæ. num.* 1. *Inſt. de uſucap.* & rei furtivæ nullum eſt commercium, *l. ſi in emtione.* 34. §. *item ſi et. D. de contrah. emt.* hinc eſt quod equus furtivus aut vi raptus, etiam â bonâ fide juſtoq; titulo poſſidente, ſine precii refuſione, ut quem fur venditione in aliũ transferre non potuit, reſtituendus, *l. incivilem.* 2. *ubi* Dionyſ. Gothofr. *in not. C. de furt. arg. l. mater.* 3. *C. de rei vend. l. univerſas.* 2. *C. ne rei dom. vel templ. l.* 1. *in fine. C. de præſc.* 30. *vel* 40. *anno. c. jubemus. verſ. univerſis.* 16. *q.* 3. Schneidew. *in* §. *fin. num.* 3. *Inſt. de emt. & vend.* † Niſi venditor tempore diffidationis 14
aut aperti belli equum deprædatus ſit in hoſtico: Wenn es bey offenen Befähdungen vnd Kriegszeiten zur Beuth vberkommen. Mejer. *Pandect. lib.* 21. *tit.* 1. *th.* 17. Ita enim ex hoſtibus, juſto bello, capta, jure gentium fiunt capientis, §. *item ea quæ.* 17. *Inſt. de rer. diviſ. l. naturalem.* 5. §. 7. *l. adeo. D. de A. R. D.* Ex illegitimo autem bello nihil adquiritur, *ut tractatur in l. hoſtes.* 24. *D. de capt. & Poſtlim. redem.* Oldend. *progym. claſſ.* 3. *act.* 9. *pract.* 1.

† Cautelæ tamen loco tradunt, ut emtor ſu- 15
ſpica-

ſpicatus equum alterius fore, proteſtetur bonâ conſcientiâ coram Notario & teſtibus ſe illum ubi dominum reſciverit, reddito precio, reſtituturum: quo facto emtorem precium recuperaturum: *ſicut & in caſu l. mulier inops. D. de capt. & poſtlim. red.* Oldend. *progym. claſſ.* 4. *act.* 1. *ſing.* 1. Cujus quidem belli temporibus frequẽs eſt praxis.

16 † Furtivum verò qui imprudens emerit, illo evicto, precium à venditore repetet: uti Dd. communiter *ſentire teſtatur* Mynſing. 6. *obſerv.* 37. *num.* 4. & 5. Sciens furtivum qui emit, precium perdit, *l. ſi fundum.* 27. *C. de Evictio.*

17 † Equum autem furto ablatum aut vi raptum condicturus aut vendicaturus: vel actionibus furti pœnali ad exhibendum: item L. Aquilia vi bonorum raptorum aliiſq; condictionibus repetiturus, probabit individuum illud ſibi vi aut furto ablatum. *Dd. in l.* 1. *D. de condict. furt.* ubi Weſenb. *par. num.* 4.

## Caput V.

### *Requiſita & Exempla quibus promiſſis non præſtitis equi fiat redhibitio.*

1 † LUSTRATIS equis morboſis vitioſiſve, progredimur ad promiſſis diſpares. Nihil ad decipiendum emtorem inter fictam ac temerariam adfirmationem venditoris: & ejuſdem morbi vitiive reticentiam intereſt: ait Julianus *in l.* 13. §. *quod autem. D. de act. emt.* Nam & men-

mendacium venditoris falsò affirmantis quod non eſt, ſive id ita eſſe ſciat, ſive ignoret, dolus eſt. Et qui ignorat idcirco mentitur falſum affirmando, quod eo ipſo tacitè affirmat ſe ſcire rem ita habere: quia de rebus ignotis nihil adfirmare poſſumus, Donell. 13. *comment. jur.* 3. † Qui 2
itaq; quod adſeveravit non præſtat, adverſus dictum promiſſúmve facere videtur: *l. quis ſit.* 17. *in fin. h. t.* & ſic agitur redhibitoriâ, *l.* 1. §. 1. *verſ. quod ſi mancipium. l. ſi quid.* 18. *pr. l.* 38. §. 10. *l. ſi furtum.* 52. *h. t.* † Ideo cauti emtores de emergen- 3
tibus vitiis ſibi caveant, ut venditor ex dicto promiſſóve teneatur. Donel. 13. *comment.* 3. Oſw. Hillig. *in enucl. ibid. cap.* 3. *lit. A.* Mejer. *pandect. lib.* 21. *tit.* 1. *th.* 23.

† Tale autem Promiſſum non præſtitum 4
redhibitoriam producet:

I. Certum ac Speciale, propter quod venditor pluris vendiderit: emtor autem deceptus ſit, *l.* 19. *pr. h. t. l. ea quæ.* 43. *de contrah. emt.* ut qui ſi ſciviſſet, ideo emturus non fuiſſet, *d. l.* 43. §. 6. *h. t. l. ſi is qui.* 25. § 1. *de except. rei jud.* Treutl. 2. *diſp.* 2. *th.* 3. *lit. a.*

II. De quo præſtando inter emtorem & venditorem cōvenerit, *l.* 19. §. *ea autem. h. t.* ſive quod ita dictum ut præſtetur: non quod jactationis aut commendationis cauſa dictum, ſi palam apparet. Althuſ. *dicæol. lib.* 1. *cap.* 75. *num.* 10. Mejer. *Pandect. lib.* 21. *tit.* 1. *th.* 23.

III. Ubi promiſſus modus, qualitas vel ac-

 ceſſio

ceſſio rei deficit traditæ, *l.*1.§.1.*h.t.* Alth. *d.l.n.*4.

IV. Quod non ita palam ac manifeſtè appareat falſum, nec in promptu ſit, ut cerni ab emtore potuerit, id ita non eſſe *l.* 37.*in fin.h.t.l.* 43.*de contrah.emt.* Dicta promiſsáve enim ideo præſtanda ne emtores decipiantur: quæ hujus edicti proponendi cauſa, *d.l.*1. §.1.*l.*37.*h.t.* Non autem decipiuntur, nec certiorari debere videntur, qui quo in ſtatu res ſit non ignorant: per *l.*1.§.1.*de act. emt. Donell.d.l.*

5 † Quæ quidem promiſſa dupliciter non præſtita intelliguntur: ſi ſcil. vana & fallax facta ſit promiſſio: 1. Laudis præſentis: aut 2. Vitii ceſſantis, Donell. *d. lib.*13. *comment.*3. ſeu ut alii cum textu loquuntur, ſi abſit quod dictum adeſſe: vel adſit quod dictum abeſſe, *l. quis ſit fugitivus.*17.§. *ult.& ll.ſeqq. gloſſ. in l.Labeo.* §.1. *lit.n. h.t.* Gothofr. *in not. ad rub.h.t.* Althuſ. *d.l.num.*10. Bocer.*claſſ.*2. *diſp.*3.*th.*101. Mejer.*d.l.*

6 † Quoad primum: Si abſit quod ita dictum promiſſúmve adeſſe ut præſtetur non ut jactetur, *l. ſciendum.*19 *pr.&* §.3.*l.ædiles.*38.§.10.*h.t.* regulæ loco tenendum: Qualitatis & Quantitatis promiſſionem in oneroſis his contractibus eſſe obligatoriam, Caballin.*de ædil. act. cap.*2.*num.*36. ut quibus equi invicem gradu & precio diſtincti: atq; alii aliis præſtantiores ſunt: quare magni eſſe poſſunt momenti.

7 † Si itaq; ſuis numeris abſolutus promiſſus, talem potiſſimum emtor examinabit, & venditor præſtabit:

I. In

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369395-p0058-6

I. In Corporis & Animi integritate: ut ſit: In guten Jahren/ veſter Natur/ wol freſſend/ geſund vnd auffrichtig.

II. In Membrorum decore: Dürr oder beſchnitten/von Kopff: geſpitzt von Ohren/ gut von Augen/ oder ſcharpffen Geſichts/ dickhälſig/wol vor die Hand ſtehend/ vnd den Halß krahnend/ ſchön von taille: das iſt/ von Höhe/ Leib vnd Gliedern wol proportionirt/weit in der Bruſt/breit von Creutz/vnd vber den Leib/ſtarck vnd dickleibig kurtz vñ wol angerippet/ rein vnd mager von Schenckeln/ ſchwartz/ veſt/groß vnd hohl von Huff im Dreck.

III. Moribus. Flüchtig/muthreich/edles Schritts oder Ganges/ wol vberſchlagend/ hoch vñ wol trabend/ wendig/ friſchen Munds/ leichtes Zaums/ vnd ſich fein in Zaum gebend.

IV. Colore. Gut von Haar vnd Zeichen.

† Ita Virgilius *lib.* 3. *Georgic.* qua formâ legi & ſpectariq; equum oporteat, his docet verſibus.

*Nec non & pecori eſt idem delectus equino,*
*Tu modò, quos in ſpem ſtatues ſubmittere gentis,*
*Præcipuum jam inde à teneris impende laborem.*
*Continuò pecoris generoſi pullus in arvis*
*Altius ingreditur, & mollia crura reponit.*
*Primus & ire viam, & fluvios tentare minaces*
*Audet, & ignoto ſeſe committere ponti:*
*Nec vanos horret ſtrepitus: illi ardua cervix,*
*Argutumq́; caput, brevis alvus, obeſaq́; terga,*
*Luxuriatq́; toris, animoſum pectus, honeſti*
*Spadices, glauciq́; color deterrimus albus*

*Et gilvo: tum ſi qua ſonum procul arma dedêre*
*Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus,*
*Collectumq; fremens volvit ſub naribus ignem.*
*Denſa juba & dextro jacta procumbit in armo*
*At duplex agitur per lumbos ſpina, cavatq;*
*Tellurem, & ſolido graviter ſonat ungula cornu.*

9 † Eximiam equorum formam graphicè quoque depingunt, Columella *lib.7.de agricult.cap.27.* Hereſb. *lib.3.de re ruſtic.loc.de Equis.* Ioh. Coler. *lib.10.œcon.cap.5. ſecutus* Xenophontem. Equibus Hereſbachii adumbrationem adponam.

Formam equi & Corpora, ait, diligenter cõtemplanda: quum certas ſæpe naturæ bonitatis præbeant ſignificationes.

In explorando quidem pedes primum conſiderandi.

Ungula non tenera ac mollis, ſed dura ſit & ſolida, rotunda ac ſcutellata, ſic concava ut ſolo non impingat, nec lædatur: quæq; ſonitu pedum bonitatem declaret.

Oſſa ſupra ungulam neq; procera ut caprarum, neq; depreſſa nimis.

Tibiæ atq; crura convenit eſſe æqualia, recta, ſciſſa, citra venarum atq; carnium obeſitatem ac tumorem.

Genua teretra, flexibilia, nodoſa & parva, neque introrſum ſpectantia.

Fœmora ſub armis craſſa.

Pectus muſculorum toris numeroſum, latum, quod & ad formam & ad greſſus longiores commendabile.

Cervix

Cervix mollis lataque inſtar galli gallinacei ardua & ad flexibilitatem idonea.

Juba denſa.

Caput exiguum, macilentum.

Brevis promuſcis.

Os amplum, lacerum, quodq́; fræna glomeret mandendo ſpumamq́; ejiciat.

Maxillæ ſint æquales & puſillæ.

Oculi magni, ſanguinei atq; igneum tuentes, prominentes, vigilaces & alacres.

Auriculæ breves & arrectæ, micantes: ut quæ animi indices.

Nares patulæ.

Armis grandibus & rectis, lateribus inflexis.

Spina ſupra armos paulò elatior.

Latera profundiora, demiſſioraque & ad alvum compactiora ac turgiuſcula.

Lumbi latiores.

Venter ſit ſubſtrictus.

Clunes amplæ & carnoſæ, ita ut pectori lateribusq́; reſpondeant.

Teſtes habeat pares & exiguos.

Cauda longa & ſetoſa criſpaq́; ſit.

Breviter ſic corpus univerſum compoſitum requiritur, ut ſit grande, ſublime, erectum, ab aſpectu etiam agile, atq; ex longo quantum figura permittit rotundum.

Fallitur & fallit quiſquis floccifacienda hæc autumat. Sunt enim omnibus peritis licet tacentibus, ipſa comprobante experientiâ propria

equi generoſi ſigna, illum mirificè commendantia & extollentia.

10 † Promiſſus quoq; probi ac certi coloris, qui virtutis index & uſui emtori eſſe poſſet, ſi non talis ſit traditus, redhibetur, Conr. Hereſb. *lib. 3. de re ruſtic. loc. de equis*, præcipui, inquit, colores numerantur à quibuſdam puniceus, albineus, badius, ruſſeus, mureus, cervius, gilvus, ſcutulatus, albus, guttatus, candidus, niger, præſſus. Puniceum ac ſpadicẽ hoc tempore maximè commendari video: commendabiliores qui in fronte veluti ſtellam & ſiniſtro aut altero pede pauxillum albedinis habeant aſperſum. Superioribus annis pomacei ſcutulati atq; guttati cerulei, thalaſſei atque cani, quos griſeos vocant, habebantur in precio, non minùs quàm hodie ſpadices & qui his proximi mucidi vel cum albedine vel nigredine commixti. Guttati & quaſi muſcis obſitis pilis præſtantes habentur: & gilvi, ſi lineam nigram à cervice ad caudam uſq; per ſpinam rectà ductam habeant.

11 † Colorum equeſtrium ornatiſſimi, gratiſſimi, deq; optima nota mihi videntur celebrandi: 1. Schweiß-vnnd Rhotfuchs / mit weiſſem Schweiff vnd Mahnen. 2. Weißapfelgraw Schwahnen. 3. Graw Schimmel mit ſchwartzer Mahne / Schenckeln vud Schweiff / vnd weiſſem Zeichen am linckern Hinderfuß. 4. Weiß/roht oder ſchwartz geſprengt. 5. Halb mit ſchwartzer Mahne / Schenckeln / Schweiff vnd

Linien

Linien vber den Rücken. 6. Rabſchwartze gezeichnete Rappan / mit einem durchgehendem Wirbel am Halß. 7. Braun-weiſſe Zſchecken mit ſchwartzem Geſchöß. 8. Gezeichnet ſchwartzbraun. 9. Caſtanienbraun an dem linckern Hinderfuß oder dreyen Füſſen / vnd vor der Stirn ein wenig weiß gezeichnet. Nihilo tamen minùs intermedii quoq; colores (quos altero ab his dignitatis loco ponimus) nobilem non rarò exhibent equum.

† Quia etiam una natio fortiores ac generoſiores alia producit: juxta illud Horatii *carm. lib.* 4. *ode* 4. 12

*Fortes creantur fortibus & bonis*
*Eſt in juvencis, eſt in equis patrum*
*Virtus, nec imbellem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam.*

quidam nobilitatem equorum exigunt à loco, Hereſb. *lib.* 3. *de re ruſtic. loc. de equis.* ita ut patria ementem provocet vel deterreat, adeóq; ementis interſit ſcire nationem & progeniem: hinc eſt quòd illa in venditione pronuncianda & promiſſa præſtanda, *arg. l. quod ſi nolit.* 31. §. 21. *h. t.* verbi gratiâ ſi Hungaricum, Hiſpanicum Friſium aut Neapolitanum addixerit, qui tamen viliore ortus ſit progenie, aliúſve nationis quam emens voluit. Donell. 13. *comment. jur. cap.* 3.

Ac olim quidem Scythæ, Parthi, Lydi, Argivi, Numidæ, Suevi, Patavini, Lucenſes, Aſturi, Veredi, Agrigentini, Cappadoces, Vettones,

Romani in deliciis habiti, *teſte* Franc. Patric. *lib. 3. tit. 2. de regn. & reg. inſtit.* Inter modernos excellunt curſu & celeritate Hiſpani, Neapolitani, Sarmatici, Peloponeſiaci, Turcici, Theſſalici: Corpore autem vaſtiore & laboribus ruſticis atq; admiſſuræ accommodatiores Friſii, Batavi, Morini. Hereſb. *d. l.* Joh. Colerus *lib. 10. œconom. cap. 4.* commendat hac tempeſtate Gelricos, Rugianos, Helveticos, Danicos, Hiſpanicos, Tartaricos, Turcicos, Neapolitanos, Polonicos, Hungaricos, Pomeranos.

13 † Conſimiliter ſi ad menſuram vel certum palmorum numerum equus tempore contractus fortè abſens venierit, & menſura promiſſa deficiat: nec tempus menſurandi & referendi adjectum ſit: quo aliâs convento & elapſo emtor menſuræ renunciaſſe videtur, *l. qui fundum. de contrah. emt.* Marant *prax. aur. part. 4. diſt. 4. nu. 64.*

14 † Vel ſi certorum annorum, qui tamen dictos annos aliquo intervallo aut nondum attigerit aut exceſſerit: eaq; propter emtoris uſui non ſit accommodus, in cauſa redhibitionis erit. Ante annum enim tertium laboribus exantlandis infirmior: poſt ſeptimum ſeneſcere: poſt decimum viribus deficere: poſt ſextum decimum inutilis ætatis eſſe dicitur: Varro *lib. 2. cap. 7. rei ruſtic.* ideo ætatis rationem habere multum expedit. Tametſi vero juventutis annos dentes, Ariſtot. *lib. 6. hiſtor. animal. cap. 22.* pòſt nodi in caudâ enati demonſtrent, Hereſbach. *d. l. de re ruſtic.* Coler. *œcon. lib.*

*lib.*10.*cap.*5. fallere tamen nonnunquam hæc inditia ementem poſſunt.

† Ita vendito equo veteratore pro equuleo: **einen Ehwinter für ein Sogfüllen.** *arg. l. præcipiunt.h.t.* Indomito, **vnbendig** pro obſequioſo: aut imperito ac inepto pro docto: **daß zum Ritt abgerichtet/fertig vnd zaumrecht.** *arg.d.l.*19.§.4. *h.t.* vel militari **Kriegsroß** aut vectuario, **Kutzschen/ Wagen oder Kahrenpferdt**: aut venatorio, **Jagtroß** aut itinerario, **Reiſiges Pferdt /** ſi qualitatem quam amaſſe & emiſſe intelligitur, venditor non præſtitit: nec equus dictis operis ſit aptus aut ſufficiens, reſcindetur contractus: Equites enim ac milites feroces, animoſos, veloces, formâ ac corpore elegantes: agricolæ autem tractabiles, corpore vaſto ad laborem vecturamq; idoneos quęrunt. Hereſb.*d.lib.*3.*de re ruſtic.* 15

† Item ſi equam fœcundam aut ventrem geſtantem, **ein belaſſen Mutterpferdt** vendidit, quæ tamen ſterilis vel non talis ſit: aut ſi impotentem pro admiſſario **ein Spring Hengſt**: redditio locum inveniet: quod illius præcipuum munus ſit concipere ac tueri conceptum: & pullos producere: hujus autem generare, *arg. l. quæritur.* §. 1. *h. t.* ducto argumento ab æquiparatis, Servis ſcilicet & mancipiis ad jumenta & animalia: utpote quorum redhibendorum eadem ferè eſt cauſa, *ut ſup. cap. præcedenti num.*9. *dictum.* Equus autem annum egreſſus viceſimum generationi: & equa conceptioni amplius non eſt 16

 apta,

apta, teſte Ariſtotele *lib.6.hiſtor. animal.cap.22.* licèt hæc decimum ſuperans, conceptionis non habeatur potens; juxta Patric. *lib. 3. de regn. & reg. inſtit. tit. 2.* Hereſb, *lib. 3. de re ruſtic. loc. de equis.* Phil. Camerar. *2. medit. hiſtor. 92. in fin.* Admiſſarium autem volunt unius coloris, robuſto corpore, membriſq; confirmatis, aliisq; generoſi equi indiciis conſpicuum: Matres vero vaſto corpore, formâ eleganti, unius coloris, ventre magno, pectore ac poſteriorib. quadratis amplis: veneri ac prolis procreationi aptæ ætatis, Hereſb. *d.l.*

17 † Porrò ſi laborioſum aut vigilacem quis affirmaverit, qui piger, tardus & ſomniculoſus inveniatur, promiſſa non amarè, aut in ſummo gradu ab equo, ut dies noctesq; continuò, aut ultra vires boni equi laboret: ſed ex æquo & bono, ſecundùm communem opinionem & modicè ſunt deſideranda, *arg. l. ſi quid. 18. princ. h. t.*

18 Mejer. *pandect. lib. 21. tit. 1. th. 23.* † Promiſſio enim in genere de mediocri intelligitur, ut neq; optimum neque peſſimum detur: Coſtal. *in d. l.* 18. Ac eatenus qui in rei qualitate mentitus eſt, tenetur, Althuſ. *lib. 1. dicæolog. cap. 75. num.* 10.

19 † Commendatio tamen generalis ad nudam laudem equi pertinens, ut equum frugi, bonum, dicto audientem eſſe: non eſt obligatoria, *arg. l. ſciendum. 19. princ. &* §. 2. *h. t.* ubi dicta à promiſſis quæ quis præſtiturum ſe obſtrinxit, Gajus diſcernit: nec hæc in genere, nudo ſermone, quo res citiùs, non ut pluris, ematur, prolata Donell. 13.

*com-*

*comment. jur.* 3. regulariter dicentem ac equum
vendibilem laudantem, ligare innuit, Mejer.
*pand. lib.*21. *tit.*1. *th.*23. † Modò intuitu com- 20
mendationis pluris non ſit venditus, *l. ea quæ pr.*
*D. de contrah. emt.* aut in ſpecie quid dictum non
ſit. Hoc enim vim promiſſionis vel quaſi obti-
net, gloſſ. *in d.l.*19. *pr. h.t.* veluti ſi gradarium **einen**
**Zelter** / aut veredum **einen Klöpffer** vendendo
dixerit, qui tamen non talis vel ſuccuſſor ſit, **vn-**
**ſanfft geheud oder hart trabend** / dummodo non
ſit manifeſtè falſum, Donell. *d.l.* atq; ita in prom-
ptu, ut cerni poſſet ab emtore, id ita non eſſe, *l.*
43 §.1. *de contrah. emt.*

† Altero modo equus promiſſis non ſatis- 21
facit, ſi ADSIT vitium, etiam animi aliúdve,
quod expreſſe dictum abeſſe, *l. ob quæ.* 4. §.3 & 4.
*l. ædiles.* 38. §.10 *l. ſi furtum.* 52. & *gloſſ. in l.*1. *lit. n. h.t.*
vel ceſſare Donell. *d.l.* Gothof. *in not. ad l.*4. §.4. *h.*
*t.* Indiſtinctè enim ex promiſſo de animi vitiis, ſi
quæ adſunt obligatur, Althuſ. *dicæol. lib.*1. *cap.*75.
*num.*10.

---

## CAPUT VI.

### *De redhibitione equi non præſtitis Acceſſionibus: ut & denegatâ Cautione.*

† SUPERSUNT cauſæ redhibendi ob non 1
præſtitas Acceſſiones vel Cautionem.
Pro dicto ait Donell. 13. *comment. jur.* 3. in ju-
mentis

mentis quoq; ædiles habent omne id, quo ornata vendendi cauſa proponuntur, quaſi qui hæc talia ad venditionem oſtentet, hoc dicere intelligatur ſe jumenta ita vendere, uti proponuntur: eoq; & ornamenta acceſſura. Ideo edicunt
„ Ædiles ut uti optimè ornata jumenta vendendi
„ cauſa fuerint, ita tradantur, *l.38.princ.h.t.*

2 † Quæ quidem rei venditæ acceſſiones non minus integræ quam res ipſæ principales præſtandæ, *l.proinde.33.princ.h.t.* ita ut ob Acceſſorium non præſtitum, principale hoc caſu redhibeatur. Intuitu enim acceſſionum plerumq; res ipſas principales emimus, *l ſi in emtione.34 pr.D. de contrah.emt.*

3 † Illud igitur in dubio huic contractui cohæret & adnumeratur, quod tempore contractus demonſtratur: Et ſic vendito equo, vendita ſimul videtur ſella & frænum, quibus venalis cum eſſet, ornatus inſpiciebatur, Coſtal. *in d.l.38.princ.h.t.* niſi conventio, aut conſuetudo loci ſint in contrarium, gloſſ. *in d.l.38.§.vendenda.h.t.*

4 † Dubii enim contractus à conſuetudine modum & formam recipiunt. *l.31.§.quia.20.h.t.l.1.§.ult.D.de vent.inſpic.l.ſemper.34.de R.I.arg.l.50.§.ult.de legat.1.l.18.§.3.D.de inſtruct.l.19.C.de locat.*

5 † Hujus potiora requiſita ad hæc reduco capita: 1. Equum ephipio & ſimilibus decoratum, venum propinatum, actori ſimpliciter vēditum aut permutatum: 2. Acceſſiones iſtas ex poſt facto detractas vel malè præſtitas. 3. Emtoris

toris è re non eſſe, illis non traditis equum retinere. 4. Ejus redhibitioni præſcriptos LX. dies etiamnum volvi.

† Quare phaleris, armis, ſellâ, fræno & conſimilibus equo ornato, **Mit Sattel vnd Gezeug/oder köſtlich behangen/** vendendi & non itineris cauſa ducto & vendito; illis autem non exceptis, ſed poſtmodum malè præſtitis vel detractis, in diebus LX. ornamentorum non reſtitutorum nomine de equo redhibendo: vel ornamentis reſtituendis ex emto agendi emtori datur optio, *d l. ædiles.* 38. *pr.* & §. 11. & 12. *h. t.* 6

† Quodſi præterea emtor ex inditiis veroſimilibus nec ita manifeſtis, ut rumore aut conjecturis, in morbi aut vitii ſuſpicionem adductus, petat ut venditor repromittat: vel eo nomine idoneè caveat: Qui congruo loco & tempore interpellatus, ſi intra duos menſes nolit cavere de vitiis, deq; eo quod dictum promiſſúmve præſtando: aliisve quæ in rebus venalibus repromitti jubentur: aut moris vel conſuetudinis ſunt, *l.* 31. §. 20. *h. t.* veluti furtivum aut fugitivum non eſſe: rectè ſanum eſſe: hodie eſſe: habere licere, *l. ex emto.* 11. §. 3. *D. de act. emt.* datur ob denegatam cautionem adverſus illum redhibitorium judicium intra duos menſes, *l. ſi venditor.* 28. ubi gloſſ. *h. t.* Nec quæretur, morboſus ſit equus aut vitioſus vel non: ſed probare ſufficiet, quòd recuſaverit cautionem: quam vir bonus negare non poteſt, Oldend. *progym. d. l. pract.* 4. 7

† Hæc

8 † Hæc igitur ejus eſſe poſſunt requiſita: 1. ex famâ vel conjecturis colligere ac vereri actorem ne equus ei venditus aut permutatus ſit, e.g. vi raptus aut lunaticus: 2. interpellatum nomine actoris reum per Titium & Sejum ut ei hoc nomine repromitteret vel caveret. 3. Venditorem cautionem recuſaſſe. 4. Tempus duorum menſium ob denegatam cautionem redhibendi, currere.

## Caput VII.
## *De Modis redhibendi.*

1 † Viſis redhibitoriæ antecedẽtibus, videamus ejuſdem cõſequentia, ſeu ipſam redhibitionem. Quæ fit vel extrajudicialiter, ſive conventione & conſenſu utriuſq; contrahentis: ſive ſimplici Receptione tacitaq; agnitione venditoris, *l 31.§ in factum.h t.* vel judicis decreto.

2 † Quoad conventionalem certum eſt, quod uti emtio-venditio mutuo partium conſenſu contrahitur: ita & rurſum diſſolvatur, Mynſing. *6. obſerv.38.num.*1. quum contractus & diſtractus ejuſdem judicentur naturæ, Everh. *topic.loc.*41. *num.*5. iiſdemq; regulis contineantur, Gail. 2. *obſerv.2.num.*5. nihilq; tam ſit naturale, quàm eodem modo quodlibet quo colligatum eſt diſſolvi, *l.nihil. ubi* Dd. communiter. *D.de R.I.*

3 † Circa Receptionem tacitamque agnitionem quæritur: Si emtor quem dicit morboſum motu ptoprio reducat ad venditorem, qui causâ à ma-

à magiſtratu nondum cognitâ recipere equum oblatum detrectet: Emtor autem ad januam venditoris ligatum deſerat: quem venditor periturum, vagabundum nociturum, aut tempeſtate læſum iri metuens, tandem hoſpitio excipiat: dubitatur: an eo ipſo redhibitionem agnoverit, ſuoq; juri præjudicaverit? Si quidem recipiens equum commodè emtori remittere, aut ad judicem ducere non potuit: & recipiendo coram teſtibus proteſtatus ſit, ſalvo ſuo jure equum ne pereat, aut in periculum incidat. & nō alio fine ſe domo recipere, hoc nomine ſecurus erit, Caball. *de ædilit. act. cap. 2. num.* 55. Proteſtatio enim regulariter jus proteſtantis reſervat, & multùm operatur in his quę jure licita & ab animo libero dependent: Jod. Damhoud. *pract. civil. cap.* 121. *num.* 14. *&* 15. † Si vero ſimpliciter re- 4
cipiat, eo ipſo, quia morbum agnoviſſe putatur, adeò ſibi præjudicabit, ut redhiberi vel non equus potuerit: aut intra tempora præfinita redditus ſit, ampliùs quærere velle jura iniquum judicent, *l. quod ſi nolit.* §. 17. *h. t.*

† Redhibitoria autem actio ut competat 5
poſt Durand. Specul. *tit. de emt. & vend.* §. *de reſcind. vend.* quatuor vult concurrere & ab actore probari Caballin. *de ædil. act cap. 2. num.* 5. Oldend. *Progym. claſſ.* 4. *act.* 2. Gilhauſ. *arb. judic. cap. 6. part.* 1. *de probat.* §. 223. videlicet: I. Venditionem interveniſſe, *l.* 1. *pr. h. t.* aut permutationem *l. ſciendum.* §. *deinde. verſ. emtorem. h. t.* II. Animal eſſe

mor-

morboſum aut non tale quale promiſſum, *l. ob quæ.* §.*idem Pomponius.h.t.* III. Morbum vitiúmve tempore contractus latuiſſe, nec apparuiſſe, *d.l.1.*§.*ſi intelligatur.h.t.* IV. Morbum vitiúmve venditionem aut permutationem præceſſiſſe: aut equum talem nō fuiſſe tempore contractus qualem venditor promiſit, *l.quæro.*§.*fin.h.t.* Ego vero inter alia requiſita neceſſario adponendum & numerandum arbitror: Tempus huic
6 actioni jure præfinitum adhuc currere. † Illo enim lapſo redditio exſpirat & præſcribitur, *l. cum ſex.55.h.t.* Itaq; tempus redhibendi quum habilem & competentem reddat actionem, & facti ſit, utique etiam adplicandum & probandum. Nec minus qualitates ac requiſita *cap.3.5. & 6.ſup.* poſita, libello inſerenda: quæ ſubſequens libellus ſimul exhibiturus.

7 † In morbi autem probatione aut qualitate vulgaris reſpicienda eſt opinio & cujuſq; regionis conſuetudo: Oldend.*progym.d.l.pract.3.* Gilh. *d.l.num.5.*ut quæ magnam vim habet, *l.ſciendum.* §.*illud ſciendum.l.quod ſi nolit.* §.*reſtitui.h.t.* Mejer. *pandect.lib.21.tit.1.th.17.*

8 † Pluribus quidem ſociis vendentibus morboſum judicio redhibitorio agenti, ſi reus conventus majorem vel æqualem in ſocietate partem habeat liberum eſt, contra quem vendentium voluerit in ſolidum ad redhibendum agere: nepluribus, quod moleſtiſſimum eſt, ei litem movere ſit neceſſe, *l.juſtiſſime.*§.*proponitur.h.t.*

Dion.

Dion. Gothof. *in l.1.princ.lit.c.h.t.* Rob. Marant. *prax. aur.part.4.diſt.9.num.99.* Si minorem partem habeat, tantum pro ſuâ portione conveniendus, *gloſſ.pr.rub.h.t.* Caball. *de ædil. act. cap.2. nu.44.* Si vero quilibet ſeparatim partem ſuam vendidit, cujuſq; partis venditori lis intendenda, *gloſſ. in d.l.juſtiſſime.h.t.* † Qui ſi ex emto civili 9
actione conveniendi, contra ſingulos pro portione, quâ ſocii ſunt, agendum, *d.l.44. §. 1. h.t.* Mejer. *pandect.lib.21.tit.1.th.26.* In caſu tamen abſentiæ vel inopiæ alterius correi, ſi omnes in ſolidum ſe ſuave bona obligaverint, noviſſimo authenticorum jure conveniendi quem elegerit, emtori datur facultas, *auth. hoc ita. C. de duob. reis.*

† Ædilitiæ autem actiones & hæredi & in 10
heredem competunt, *l.cum autem.23.§.5.l.31.§.4. & ſeqq.l.47.§.1.l.ſi tamen.48.§.5.h.t.* Quodſi igitur alter heredum emtoris redhibitoriâ: alter verò æſtimatoriâ malit agere, cujus intentio prævalere debeat, diſtinguendo docet Caball. *de ædil.act.cap.2.nu.47.ex l.quod ſi nolit.31.§.4. verſ. plures.§.ſi plures.& §.ſeq.h.t.* ubi vide.

† Fidejuſſor quoq; in omnem cauſam acce- 11
ptus, redhibitoria conveniri, eidemq; redhiberi poterit. *l.Latinus Largus.56.h.t.* Caball. *de ædilit.act. cap.2.num.43.*

† Alterutra quidem actionum Redhibito- 12
riâ vel Æſtimatoriâ intentatâ, ſi alterâ poſtea agere velit, exceptione rei judicatæ ſubmovetur:

 Bald.

Bald. *in l.4.num.9. C.h.t.* Caball.*d.l.cap.3.num.4.*
Donell.*hic.cap.6.*Treutl.2.*diſp.2.th.3.lit.a.*Mejer.
*pand.lib.21.tit.1.th.34.* ſi tamen æſtimatoria ege-
ris,& adeo nullius equus ſit precii, ut talem tibi
habere non expediat,nihilominus redhiberi vi-
tioſus officio judicis poterit, *l.bovem.* 43. §. *ali-
quando. 6. h.t.* Mejer.*pand.lib.21.tit.* 1.*theſ.*33.Ba-
chov.*in not.ad Treutl.hic.th.3.lit.a.*intra ſex tamen
menſes ad redhibendum condemnato reo: Ca-
ballin.*de ædil.act.cap.3.num.* 11. ut ſi ungula equi
clavo ſoleari ſit corrupta: **Verhefft oder verna-
gelt: Item allerhand Pferdtsgeſchwulſt / Ge-
ſchwer / oder zufellige Schaden / ꝛc.** ut malo lite
pendente indies ingraveſcente equus in eventu
13 inutilis reddatur. † Sunt,inquis,actiones ædi-
litiæ juris prætorii & ſtricti, §.7. *Inſt. de I.N.G.&
C.*Oldend.*progym.claſſ.4.act.2.num.*10. Treutl 2.
*diſp.2.th.2.lit.e.*Schickh.*Logic.jurid.loc.1.num.*136.
*& ſeqq.* ideoque quum jus civile hic corrigant,
ſtrictæ interpretationis? Lege authore dico ju-
dicem equi hujus redhibitionem decernere:
non autem officii ubertate indulgere. Qui ca-
ſus ſpecialis derogat regulæ; quod ſententia li-
bello conformis eſſe debeat, *quæ eſt in l. ut fundus.*
18.*D.commun.divid.c.licet Heli.de Simon.*

14 † Præterea hanc etiam tradunt cautelam
Dd. quod actio redhibitoria & æſtimatoria al-
ternativè cumulari poſſit, ita quidem ut tametſi
ſeſe non ita compatiantur ut condemnatio con-
junctim fieri poſſit, tamen ſi alterius forte re-

quiſi-

quiſitum aliquod deficiat, condemnatio fiat ex alterâ parte: Caball. *d.l. cap.* 3. *num.* 4. Treutl. *in annotat. aur. in Iuriſp. Rom.* Vultej. *cap.* 16. Gail. 1. *obſerv.* 63. Mejer. *pandect. lib.* 21. *tit.* 1. *th.* 34. Quæ quidem cumulatio ita formari poteſt, ut præmittatur intentio formulæ redhibitoriæ, deinde ſubjiciatur: Ajo equum 60. vel 80. aureis emptum, duplo vel triplo minoris communiter æſtimari vitio tecto, quam res empta fuerit: neque pluris emiſſem ſi vitium illud ſciviſſem. Peto igitur ut ſi equus non ſit in cauſa redhibitionis de precio ſoluto tantum pecuniæ, in quanto minore precio res propter vitium eſſet, reſtituat: vel ſi nondum ſolutum ſit, in 80. aureis me obligatum de 20. liberet. Treutl. *d.l. cap.* 16. Mejer. *d.l. th.* 34.

† Sub finem judicii equeſtris utilitatem ad 15 oculum demonſtraturi, dabimus redhibitoria experiri cupientibus (mutatis tamen pro re natâ circumſtãtiis) informandi libelli tale ſpecimen.

Præmiſſis præmittendis, reſervatis reſervandis &c.

1. Juris eſſe quod jumẽtum morboſum (promiſſóve venditoris non ſatisfaciens) ignoranti venditum (aut permutatum) cum acceſſionibus intra ſex menſes utiles ſit redhibendum, *l. ædiles ajunt.* 38. *pr. l. cum ſex.* 55. *D. de ædilit. edict. l. cum proponas. C. de ædilit. act. l. ſi is qui* 25. §. 1. *de except. rei jud.*

2. Actorem Kalendis Martii equum 200. aureis à reo emiſſe: aut dato alio probo, additis aureis 80. permutaſſe.

3. Traditione dictam venditionem (aut permutationem) bonâ fide, nullâ fraudis ſuſpicione, conſummatam.

4. Emtorem ſimiliter precium conventum (vel equo alteri adjectum) venditori b. f. fretum ſpe nullo defectu equum fore infectum numeraſſe (aut ſe ei vel alii hoc nomine obligaſſe.)

5. Equum autem venditum tempore contractus fuiſſe v. g. lunaticum: Aut ſi ex promiſſo actionem fundaverit: Venditorem pronunciaſſe ac ſtipulanti promiſiſſe equum doctum, &c. aut non talem qualis ſit.

6. Lunaticum verò judicari morboſum (aut promiſſam qualitatem abeſſe: vel quam abeſſe dixerat adeſſe: idq; equo multum obeſſe: ut qui duplo vel triplo minoris vitio detecto communiter æſtimetur, quam emtus fuerit.

7. Equum etiamnum dictum morbum alere: aut promiſſis non reſpondere.

8. Vitium in momento venditionis fuiſſe occultum & non apparuiſſe.

9. Venditorem venditionis & traditionis tempore dictum morbum diſſimulaſſe: & non palam, rectè ac ſpecificè prout jure decet, pronunciaſſe.

10. Emtorem iis de cauſis morbi contractus tempore planè fuiſſe ignarum: nec fraudem promiſſi non præſtiti ſuſpicatum.

11. Ob tale vitium (aut qualitatis defectum) non expedire emtori equum retinere: ut quem ſi ſci-

ſi ſciviſſet eâ de causâ nullatenus: vel ſaltem duplò vel triplò minoris emturus fuiſſet: adeoque illum redhibitioni obnoxium eſſe.

12. Actorem ſimul ac morbum (aut defectum) ex indiciis colligere aut cognoſcere potuerit, illum venditori denunciaſſe: ac ipſummet, (vel per alios) interpellaviſſe ut ei juxta obſervationem juris de tali morbo (vel promiſſo) caveret: vel equum reciperet.

13. Quorum autem utrumq; reus contra juris æquitatisq; præſcriptum recuſaverit.

14. Actorem obtuliſſe, & etiamnum offerre equum venditum (aut permutatum) cum omnibus ornamentis & acceſſionibus.

15. Pro ſympoſio proxenetarum tempore contractus e. g. imperialem: famulis dimidium: loco gabellæ florenum: arrhæ dimidiũ quincuncem: hippiatro pro curando equo roſatum: & morbi vel equi cauſa præterea ſcutatum: Et quia uti equo planè non potuerit, illum cottidie conſumſiſſe tres octavas imperialis. Expenſis litis præteritis & futuris (deſuper proteſtans) ſuo loco reſervatis.

16. Terminum ſex menſium redhibitioni præfixum, adhuc currere: vel diem aut conditionem impletam eſſe.

Quibus poſitis petet actor ſententiâ judicis pronunciari equum in cauſa redhibitionis eſſe: ideoq; condemnari ac compelli reum ut equum venditum recipiat: ac precium (vel equum per-

mutatum) cum acceſſionibus, expenſis item & intereſſe illi reddat (aut eo nomine obligatum liberet: Quod ſi facere detrectaverit, ut duplum precii ſolvat. Si vero equus non ſit in cauſa redhibitionis, ut reus de precio ſoluto tot vel tot aureos reſtituat, in quanto minore precio equus propter vitium eſſet: vel obligatum de duplo & triplo precii liberet. Reſervato tamen jure actoris ob morbos vel defectus, ſi qui amplius lite pendente ſint apparituri. Salvo

## Caput VIII.
## *De Termino Redhibitioni præfixo.*

1 † Terminus redhibendi alius jure: alius partium conventione ſc. in diem vel conditionem eſt præfinitus. Dionyſ. Gothof. *in not. ad l.*31. §.22. *h.t.* tria redhibendi tempora conſtituit: Præfinitum ſeu conventionale: Tacitum & Perpetuum.

2 † De jure tempus redhibitionis vitioſi morboſi, aut promiſſis non ſatisfacientis jumenti ob vitium latens regulariter eſt ſex menſium, *l. ſi is qui.*25. §.1. *D. de except. rei jud. l. cum proponas.*2. *C. de ædil. act.* ex die contractus & ſcientiæ, *l. cum ſex.* 55. *h. t.* aut ſi poſt venditionis diem promiſſum quid ſit, ex tempore promiſſionis, *l. ſciendum.* 19. *§. ult. ubi gloſſ. D. h. t.* Mejer. *pand. hic. th.*28.

3 † Utiles verò menſium dies in actionibus ædilitiis locum obtinent, *d. l.*19. §. 6. *l.* 55. *h. t.* non ſolum ratione principii: quia non currunt ignoranti,

ranti: Coſtal. *in d. l. cum ſex.* 55. *h. t.* niſi ignorantia pro perſonarum qualitate ſit ſupina: Quo caſu ſcire debere reputatur pro verâ ſcientia, *l. quod te. D. ſi cert. pet.* ſed & ratione progreſſus ac conſummationis, gloſſ. *in d. l. cum ſex. h. t.* quia non conſtant niſi diebus quibus prætoris adeundi & experiundi fuit poteſtas *l. 2. §. dies. D. quis ord. in bonor. poſſeſſ.* Caballin. *de ædilit. actio. cap. 2. num.* 30. Oldend. *progym. claſſ. 4. act. 2. num. 9. Donell. lib.* 13. *comment. jur. cap.* 3.

† De ornamentis quidem reſtituendis, jumentísve ornamentorum cauſâ redhibendis agendi facultas ab ædilibus LX. diebus ſpecialiter eſt circumſcripta, *l. ædiles. 38. princ. h. t.* Mejer. *pand. lib. 21. tit. 1. th* 28. Si vero emtor nolit redhibere, ad ornamenta poterit perpetuo agere, *l. 2. C. de conſtit. pecun.* Caball. *de ædilit. action. cap. 2. n. 39.* 4

† Præviâ item emtoris convenienti ob equum vitii ſuſpectum cautionis ædilitiæ requiſitione: ejuſq; à venditore facta denegatione, redhibitorio judicio duorum incluſa eſt menſium ſpacio agendi poteſtas, *l. ſi venditor. 28. ubi gloſſ. h. t.* Mejer. *pandect. d. l. th. 28.* 5

† Conventio porrò redhibitoriâ, quâ ita venit, ut niſi placuerit, intra præfinitum tempus, vel in perpetuum, jumentum redhibeatur, rata habetur, *l. ſi prædium. 4. C. de ædil. act.* Althuſ. *dicæol. lib. 1. cap. 75. num. 16.* Contractus enim à conventione legem accipiunt, *l. 1. §. ſi conveniatur. D. depoſ. l. in conventionalibus. 52. de V. O. l. contractus. 23. l. ſem-* 6

*per.34.de R.I.l. legem.10.C.de pact.c.contractus de R.I.* 7 *in 6.* † Si autem de tempore nihil convenerit, in factum actio ad redhibendum intra LX. dies utiles emtori adcommodatur, *l.31.§.ſi quid.22.h.t.* Donell.*lib.17.com.jur.cap.*8. Mejer.*pand.lib.21.tit.1.th.*28. Præteritis 60. diebus tum demum judicium dabitur, ſi aut mora fuit per venditorem: aut non fuit præſens cui redderetur: aut alia juſta cauſa interceſſit, cur intra præfinitum diem redhibitum non ſit jumentum, *d.l.31.§.in cauſæ.23.h.t.*

8 † Sub conditione autem emtus equus, expletâ conditione redhibendus, *arg.l.bovem.43.§.ſi ſub conditione.9.h t.* Mejer.*pand.lib.21.tit.1.th.23.* In conditionalibus enim contractibus conditione pendente non agitur: Oldend. *progym. d. l. num.9.* Conditione autem exiſtente contractus parit obligationem, *l.hæc venditio.7. de contrah. emt.gloſſ.in l. à* Titio.108.*verbo parere.de V.O.* Omnisq; conditio in eventu eſt poſita, *per l.unic. §.ſin autem.7.C.de caduc. tollend. & text. plurimos* Gœdd.*de contrah. & commit.Stipulat.cap.8.concl.8. num.*144. & in formâ ſpecifica adimplenda, *l.44.§.3.D.de condit.& demonſt.* Schickh.*diſp.inſtit.2.th.10.reſolut.quæſt.1.*Gail.2.*obſerv.2.3.& obſerv.4.* 9 *16.item eod.obſ.*144.13. † Quotieſcunque igitur venditio exiſtente conditione reſolvitur, tum redhibitoria quoq; competit actio, *per l.4. C.h.t.* Mejer.*pand.lib.21. tit.1.th.23.*

Caput

## Caput Ultimum.

### *Quæ redhibenda tum emtori tum venditori.*

QUum redhibitio ſit quędam venditoris & 1
emtoris in integrum reſtitutio, *l. cum autem.*
§ *jubent. h. t.* Donell. *lib. 13. comment. jur. 3.* Oldend.
*progym. claſſ. 4. act. 2. pract. 4.* ac talis quidem quâ omnia ita reſolvuntur, quaſi neq; emtio venditio aut permutatio interceſſiſſet, *l. redhibere. 21. l. facta. 60. h. t.* reſtat ut effectum ac vim hujus judicii exhibituri: Quid in redhibitionem veniat: ſive decretâ redhibitione tum emtori tum venditori reſtituendum ſit diſpiciamus.

† Quod quidem huic includo regulæ: Quicquid ex bona fide eſt, illud in hoc judicio tum emtori tum venditori præſtandum eſſe, *l. cum mancipium. 51. princ. h. t.* Nam ad bonæ fidei judiciorum naturam judicium redhibitorium quàm proximè accedit. Mejer. *pandect. lib. 21. tit. 1. th. 28.* 2

† Incipit autem reſtitutionis hoc negocium à parte emtoris: Mejer. *d. l th. 29.* Antequam enim emtor venditori præſtiterit, quę hac ex cauſa debet præſtare, venditor ei condemnandus non eſt, *l. illud ſciendum. 29. h. t. l. 1. C. hic.* nec priùs precii repetendi poteſtas emtori largienda eſt, quam ſi rem poſſit exhibere, *l. habito. 5. C. h. t.* & venditori præſtet quæ in hac actione deſiderantur, *d. l. illud ſciendum. 29. h. t.* Mejer. *pand. d. l. th. 28.* 3

4 † Et quidem ea quæ emtor ſive actor vendenti
ſive reo præſtare tenetur, ſi ante judicium acce-
ptum contigerint, nominatim judicio compre-
hendenda enumerandáve ſunt, venditori ſive
reo datâ exceptione, *l. ſi tamen.* 48. §. 7. Quæ ve-
rò poſt judicium acceptum contigerunt, ea ju-
dicis continentur officio, *l. ædiles etiam.* 25. §. 8. *h.t.*
Mejer. *d.l.th.* 28.

5 † Duo igitur emtori redhibituro præſtan-
da: 1. Redhibenda: 2. Cautio.

Redhibere tenetur: I. Individuum ſeu e-
quum venditum vel permutatum, qualem ac-
6 cepit, niſi perierit. † Quem ſi à venditione-
traditione ſive animo ſive corpore operâ ſuâ,
ejus familiæ aut procuratoris deteriorem red-
diderit, id judicis arbitrio æſtimatum venditori
præſtandum: & reddito ſine judice equo à re-
cuſante emtore actione venditi exigendum, *l.
cum autem.* 23. *pr.* & §. 1. *l. ædiles.* 25. *pr.* & §. 6. *h.t.*
7 † Cui redhibitoriâ acturo facta domeſticorum
præſtanda, *arg. l.* 1. §. 1. *verſ. ſi quid autem. l.* 31. §. *idem*
8 *Pedius.* 15. *h.t.* † Caſu tamen ſi quid damni acci-
dit, emtori non nocet: unde & exſtinctum cor-
pus redhibere poteſt, *l.* 38. *l.* 47. *in fin. h.t.* Weſen-
9 bec. *par. D.h.t.num.* 7. † Et ſi equus qui in redhi-
bitionis cauſa eſſe pronunciatus eſt, mortuus vel
redhibitus ſit, agitur de precio & acceſſionibus,
*d.l. quod ſi nolit.* 31. §. 6. *h.t.* Mejer. *pand. d.l.th.* 27.

10 † Pignus autem redhibitio non liberat *l. bo-
vem.* 43. §. 8. *h.t.* Mejer. *d.l.th.* 30. Itaq; pignori ob-
liga-

ligatum jumentum in fraudem creditorum, niſi prius pignore liberatum, redhiberi non poterit, *d.l.bovem.*43.§.8.*h.t.* Quod ſi emtor non redhibiturus aliâs, creditorum fraudandorum causâ conſilio cum venditore inito, redhibuerit, pignus manebit obligatum, *l.ſi debitor.*4.*D.quib. mod. pig. vel hyp.* & tenetur creditoribus venditor revocatoria Pauliana, *d.l.*43.§.7.*h.t.* Emtor autem ex edicto *l. quia redhibito.*9.*D.de alien.jud.mut. cauſ.* tenetur equum pignori obligatum liberare, atq; ita redemptum redhibere, *d.l.*43.§ 8.*hic.* Mejer.*d l. th.*29.

† Reddendæ ſunt Acceſſiones ſive Ornamenta quibus equus in ipſa venditione ornatus ac traditus fuit, *d.l.cum autem.*23.§.1.*l.*38.§.11.*ubi gloſſ.hic.* puta frænum, ephipium & conſimilia: eo quod redhibito principali, acceſſoria ceu pars venditionis *l.*31.§.15.*h.t.* quoque redhiberi debeant, gloſſ.*in d.l.*33.§.1.*h.t.* 11

† Redhibenda quoq; acquiſita per operas equi, *arg. l. & generaliter.* 24 *h.t.* & fructus, puta nata ex equa, ſi ad emtorem pervenerint, *arg.l.*1.§.1.*l.*23.§.9.*h.t.* aut culpâ dolove ejus factum ſit quo minus pervenirent, *l.*21.§.2.*h.t.* Donell.13.*comment.cap.*3. Mejer.*pand.d.l.th.*29. 12

† Cautionem verò præſtabit emtor: 1. Indemnitatis nihil in equo qui ad ipſum pervenit, quemq; redhibet ſe dolo malo feciſſe quo deterior aut evictioni obnoxius fieret: 2. de acquirendis occaſione rei traditæ, ſi quid ad ipſum 13

perveneriт, reſtituendis *l.21.§.1.& ſeqq. l.22. l.24. l.30.princ.h.t.* Donell.*d.l.* Althuſ.*dicæol.lib.1.cap.75.num.14.* 3. de equo qui in fuga eſt perſequendo, & ſi in poteſtatem emtoris redactus fuerit, reſtituendo, *arg. l. redhibere. 21. §. ult. hic.* Mejer.*pand. d.l.th.29.*

14 † Quibus oblatis vel receptis emtorem ſimiliter jura volunt indemnem: ut qui rem venditori reſtituere non compellitur, priuſquam venditor emtorem indemnem præſtet, *l. illud ſciendum.29.§.3.h.t.* Mejer.*d.l.th.29.*

15 † Refundet itaq; venditor emtori: I. Dividuum ſeu precium, ejuſq; ſi vitium morbúmve reticendo, aut falſum licet temerariè affirmando conſulto dolóve impoſuit ementi pro rata temporis uſuras, quodq; intereſt precio non caruiſſe, *d.l.1 §.1. l. debet.27. l. illud ſciendum. 29. h. t.* Weſenb.*parat.D. h.t.num.7.* Donell.*d. lib.13.comment.3.* Dn.Vultej.*lib.1.Iuriſp.cap.44.in fin.*

